des Missions dans le monde entier. Mais, vu la situation juridique spéciale des catholiques d'Orient soumis à la domination turque, à cause aussi de la diversité assez grande de leur liturgie et de leur discipline, la nécessité se fit bientôt sentir de confier à des Congrégations particulières établies au sein de la Congrégation générale dont elles faisaient partie, l'expédition des affaires plus importantes relatives à ces populations. C'est pourquoi Urbain VIII (1623-1644) institua une Congrégation *super dubiis Orientalium* et une autre *super correctione Euchologii Graecorum.* Jusqu'à Notre prédécesseur d'heureuse mémoire Pie IX, les Papes se sont servis de ces mêmes organismes, sauf pourtant Clément XI (1700-1721) qui, voulant achever la correction de l'*Euchologe* et corriger tous les autres livres liturgiques des Orientaux, établit une Congrégation *super correctione librorum Ecclesiae Orientalis,* comme Congrégation stable, séparée de la Sacrée Congrégation *de Propaganda Fide.*

Mais Notre prédécesseur Pie IX, déjà mentionné, dans le dessein d'avoir, pour s'occuper de ces sortes d'affaires, une organisation plus solide et mieux adaptée, comme l'indiquaient l'expérience et une longue pratique des choses, fonda une nouvelle Congrégation distincte de la *Sacrée Congrégation de la Propagation de la Foi.* Elle s'intitulait *S. Congregatio de Pro-*

titulus inditus fuit *S. C. de Propaganda fide pro Negotiis ritus orientalis,* pertractare curae erat « omnia Orientalium negotia, etiamsi mixta, quae scilicet sive rei, sive personarum ratione Latinos attingerent ». Quae quidem Congregatio, quamvis proprio frueretur Secretario proprioque Secretariae officio, eidem tamen, ac S. Congregatio *de Propaganda fide,* praefecto subiiciebatur, cuius idcirco erat utriusque Congregationis operam disponere atque digerere, cum res ad eamdem regionem pertinerent. Quoniam vero S. Congregationi *de Propaganda fide* obnoxia erat, eiusque titulum retinebat, nonnullis, etsi non recte, videbatur veluti quoddam eiusdem Congregationis supplementum ; atque adeo catholici orientales Latinis subiecti videbantur et quasi infidelibus haereticisque Occidentis exaequati.

Quamobrem decessor Noster piae recordationis Benedictus XV, cum optaret ut vel species evanesceret contumeliosae huius suspicionis, Apostolicis Litteris *Dei Providentis* (1) Motu Proprio datis die 1 mensis Maii, anno MDCCCCXVII, *Sacram Congregationem* instituit *Pro Ecclesia orientali,* a S. Congr. *de Propagande fide* omnino seiunctam. Cui quidem

paganda Fide pro negotiis ritus orientalis et était chargée « de toutes les affaires des Orientaux, même des affaires mixtes, c'est-à-dire de celles qui concerneraient aussi des fidèles latins à cause soit de la nature des choses, soit des personnes ». Bien que cette nouvelle Congrégation eût son secrétaire propre et son secrétariat spécial, elle était soumise à l'autorité du préfet de la Sacrée Congrégation de la Propagande, c'est pourquoi ce dernier devait distribuer et organiser le travail de l'une et l'autre Congrégation lorsque les affaires concernaient la même région. Cependant, comme le nouvel organisme dépendait de la Sacrée Congrégation de la Propagande dont elle conservait le titre, il parut à certains, à tort bien entendu, n'être qu'une sorte de complément de la Congrégation de la Propagande, et de la sorte les catholiques orientaux semblaient soumis aux Latins et comme assimilés aux infidèles et aux hérétiques de l'Occident dont s'occupait la Propagande.

C'est pourquoi Notre prédécesseur de pieuse mémoire, le Pape Benoît XV, voulant supprimer même l'apparence de ce soupçon injurieux, institua, par les Lettres apostoliques *Dei Providentis* publiées sous forme de *Motu Proprio* le 1er mai 1917, la Sacrée Congrégation *pro Ecclesia Orientali,* entièrement distincte et tout à fait séparée de la Sacrée Congrégation de la Propagande. Pour

(1) *A. A. S.*, t. IX, p. 529 sq.

novae Congregationi, ut peculiarem suam Orientalibus Christianitatibus benevolentiam ac curam testaretur, ipsum Romanum Pontificem praesidere voluit eidemque facultates omnes attribuit, « quas aliae Congregationes pro Ecclesiis ritus latini obtinent, salvo tamen iure Congregationis S. Officii ». Verumtamen attributas facultates conclusit atque contraxit « ad negotia, quae sive ad personas, sive ad disciplinam, sive ad ritus Ecclesiarum Orientalium referuntur, etiamsi mixta, quae scilicet sive rei, sive personarum ratione, Latinos quoque attingant » ; ita ut Latini, qui in Christiani Orientis regionibus commorantur, Sacrae Congregationi *de Propaganda fide* subiecti adhuc essent.

Qua posita iurisdictionis duplicitate, perdifficile prorsus erat validam eam assequi regiminis unitatem expeditamque negotiorum administrationem, quae omnino requiruntur, ut et quantocius diversitates dissensionesque dilabantur, quae inter fideles dissimilium rituum absimilisque disciplinae facile oriuntur, et apostolatus caritatisque opera, quae praesertim ad Actionem catholicam attinent, efficientius usque ordinentur ac promoveantur, et catholicorum denique vires omnes in unum coeant ac coalescant, quemadmodum praesentium

---

marquer sa bienveillance particulière et sa sollicitude pour les chrétientés orientales, il voulut réserver au Souverain Pontife en personne le titre et la charge de préfet du nouveau dicastère ; il donna à ce dernier tous les pouvoirs « que les autres Congrégations romaines reçoivent pour les Eglises de rite latin, en exceptant et en maintenant entier le droit de la Congrégation du Saint-Office ». Néanmoins, il délimita et restreignit les pouvoirs de la nouvelle Congrégation « aux affaires qui se rapportent soit aux personnes, soit à la discipline, soit aux rites des Eglises orientales, même si ces affaires sont mixtes, c'est-à-dire intéressent également des Latins en raison des personnes ou de la nature des choses ». De la sorte, les Latins demeurant dans les régions de l'Orient chrétien restaient encore soumis à la juridiction de la Sacrée Congrégation de la Propagande.

Du fait de cette double juridiction, il était extrêmement difficile d'obtenir une sérieuse unité de gouvernement et une rapide expédition des affaires, deux choses cependant absolument nécessaires soit pour faire disparaître au plus vite les rivalités et les différends qui naissent facilement entre les fidèles de rites et de discipline dissemblables, soit pour organiser et développer d'une façon plus féconde l'apostolat et les œuvres de charité, celles particulièrement qui regardent l'Action catholique, soit enfin pour aboutir à l'entente et à l'unification de toutes les forces catholiques

rerum adiuncta procul dubio postulant, nedum consulant.

Nos igitur, cum vehementer exoptemus, ut insignia illa beneficia quae perfecta unitas ac peculiaris regiminis ratio suapte natura inducunt, dilectissimis Orientis Ecclesiis tuta pro facultate servemus, postquam rem diu multumque Nobiscum consideravimus, ac supplices Deo Nostras adhibuimus preces, Motu Proprio, certa scientia, ac de apostolicae plenitudine potestatis, haec omnia, quae sequuntur, decernimus atque statuimus :

I. — Sacra Congregatio pro Ecclesia orientali, cui praeest ipse Romanus Pontifex, plenam et exclusivam iurisdictionem habet in regionibus quae sequuntur : in Aegypto et in peninsula Sinaitica, in Erythraea et in parte septentrionali Aethiopiae, in Albania australi, Bulgaria, Cypro, Graecia, Dodecaneso, Iran, Iraq, Libano, Palaestina, Syria, Transjordania, asiatica Turcarum republica et in Thracia Turcarum dicioni subiecta.

II. — Quare in praefatis regionibus non solum pro fidelibus ritus orientalis, sed etiam pro fidelibus latini ritus eorumque hierarchia, operibus, institutis, piis societatibus, eadem Sacra Congregatio omnibus facultatibus potitur, quas aliae Congre-

---

comme le conseille et même le réclame indubitablement la situation actuelle.

C'est pourquoi, ardemment désireux d'assurer, dans toute la mesure du possible, aux très chères Eglises d'Orient ces insignes bienfaits que procurent tout naturellement une parfaite unité et une organisation appropriée du gouvernement, après avoir longuement et beaucoup réfléchi à cette question, adressé à Dieu Nos supplications, de Notre propre mouvement, de science certaine, en vertu de Notre pouvoir apostolique souverain, Nous décidons et établissons ce qui suit :

I. — La Sacrée Congrégation pour l'Eglise orientale, dont le préfet est le Pontife romain lui-même, possède pleine et exclusive juridiction sur les pays suivants : l'Egypte, la presqu'île du Sinaï, l'Erythrée, la partie septentrionale de l'Abyssinie, l'Albanie du Sud, la Bulgarie, Chypre, la Grèce, le Dodécanèse, l'Iran, l'Irak, le Liban, la Palestine, la Syrie, la Transjordanie, la République turque d'Asie, la Thrace soumise aux Turcs.

II. — Par suite, dans les pays énumérés ci-dessus, à l'égard des fidèles de rite oriental et également des fidèles de rite latin ainsi que de leur hiérarchie, de leurs œuvres, de leurs institutions et de leurs associations pieuses, la Sacrée Congrégation

gationes pro fidelibus ritus latini extra illa territoria obtinent, incolumi tamen iure Congregationis S. Officii, ac integris manentibus quae huc usque reservata sunt S. Congregationi de disciplina Sacramentorum, S. Congregationi Sacrorum Rituum, S. Congregationi de Seminariis et Studiorum Universitatibus ac Sacrae Paenitentiariae.

III. — Quoad fideles ritus orientalis, extra praefatas regiones commorantes, firma manet in omnibus Sacrae Congregationis pro Ecclesia orientali competentia. Quare ei reservantur omnia cuiusque generis negotia, quae sive ad personas, sive ad disciplinam, sive ad ritum orientalem referuntur, etiamsi sint mixta, quae scilicet sive rei sive personarum ratione Latinos quoque attingant ; eique pro his fidelibus omnes facultates attributae sunt, quae ad alias Congregationes pro fidelibus ritus latini pertinent, salvo semper iure Congregationis S. Officii et integris manentibus quae huc usque reservata sunt S. Congregationi de Seminariis et Studiorum Universitatibus et Sacrae Paenitentiariae.

IV. — Haec Sacra Congregatio controversias dirimit via disciplinari ; quas vero ordine iudiciario dirimendas iudi-

---

pour l'Eglise orientale jouit de tous les pouvoirs que les autres Congrégations romaines possèdent pour les fidèles de rite latin demeurant en dehors des pays indiqués ; pourtant le droit de la Sacrée Congrégation du Saint-Office reste sauf, et de même tout ce qui jusqu'ici était réservé aux Sacrées Congrégations de la discipline des Sacrements, des Rites, des Séminaires et Universités d'études ainsi qu'à la Sacrée Pénitencerie, demeure dans le même état sans modification aucune.

III. — La Sacrée Congrégation pour l'Eglise orientale conserve en toutes choses sa compétence à l'égard des fidèles de rite oriental qui résident hors des pays indiqués dans l'article premier. Relèvent donc d'elle exclusivement les affaires de toutes sortes qui concernent soit les personnes (de rite oriental), soit la discipline, soit le rite oriental, même les affaires mixtes, à savoir celles qui intéressent également les Latins en raison soit de leur nature soit des personnes. Elle possède sur ces fidèles tous les pouvoirs qui appartiennent aux autres Congrégations quand il s'agit de fidèles de rite latin, exception faite comme toujours du droit qui revient à la Sacrée Congrégation du Saint-Office, et en outre sans qu'il soit touché à ce qui a été réservé jusqu'ici à la Sacrée Congrégation des Séminaires et Universités d'études et à la Sacrée Pénitencerie.

IV. — La Sacrée Congrégation pour l'Eglise orientale résout

caverit, ad tribunal remittet quod ipsa congregatio designaverit.

V. — Christiani Orientis regiones, quas supra memoravimus, in exclusivam *S. Congregationis pro Ecclesia orientali* iurisdictionem gradatim devenient, temporibus nempe, quae infra singillatim designamus :

a) Die prima mensis Iunii, anno MDCCCCXXXVIII, in exclusivam Sacrae huius Congregationis iurisdictionem transibunt Palaestina, Transjordania, Aegyptus, Peninsula Sinaitica et Cyprus ;

b) Die prima mensis Ianuarii, anno MDCCCCXXXIX, Graecia, Dodecanesus, australis Albania, Bulgaria, Asiatica Turcarum respublica et Thracia Turcarum dicioni subiecta ;

c) Die prima mensis Iunii, anno MDCCCCXXXIX, Syria, Libanus, Iraq et Iran.

VI. — A die, quo praesentes Apostolicae Litterae Motu Proprio datae promulgabuntur, ad diem usque, quo singulae regiones in exclusivam *S. Congregationis pro Ecclesia orientali* iurisdictionem devenient, nullum opus nullumque institutum condi poterit, neque ulla rerum condicionibus immutatio fieri, quin antea consensio intercesserit S. Congregationis pro Ecclesia orientali.

---

par voie disciplinaire les conflits ou controverses ; elle remettra au tribunal désigné par elle-même les différends qu'elle estime devoir être résolus par la voie judiciaire.

V. — Les pays de l'Orient chrétien, mentionnés plus haut, passeront sous la juridiction exclusive de la Sacrée Congrégation pour l'Eglise orientale graduellement, c'est-à-dire aux époques indiquées ci-après pour chacun d'eux :

a) A partir du 1er juin 1938, la Palestine, la Transjordanie, l'Egypte, la presqu'île du Sinaï, l'île de Chypre relèveront exclusivement de la Sacrée Congrégation pour l'Eglise orientale.

b) A partir du 1er janvier 1939, la même chose aura lieu pour la Grèce, le Dodécanèse, l'Albanie du Sud, la Bulgarie, la Turquie d'Asie et la Thrace turque.

c) Enfin, à partir du 1er juin 1939, ce sera le tour de la Syrie, du Liban, de l'Irak et de l'Iran.

VI. — A partir du jour de la promulgation des présentes Lettres apostoliques données sous forme de *Motu proprio* jusqu'au jour où chaque pays indiqué ci-dessus passe sous la juridiction exclusive de la Sacrée Congrégation pour l'Eglise orientale, on ne pourra dans ces pays fonder aucune œuvre ou Institut ni introduire aucune modification dans les conditions existantes, sans le

VII. — Cum christiani Orientis regiones in exclusivam *S. Congregationis pro Ecclesia orientali* iurisdictionem devenerint, documenta, quae ad easdem regiones spectant, quaeque in tabulario *S. Congregationis de Propaganda fide* asservantur, tabulario S. Congregationis orientali Ecclesiae praepositae demandanda ac tradenda sunt, prout res fieri poterit, atque ex mutuo utriusque Officii moderatorum consensu.

VIII. — *Sacra Congregatio de Propaganda fide* omnia pecuniae capita, quae operibus atque institutis earum regionum destinantur, quae exclusivae *S. Congregationis pro Ecclesia orientali* iurisdictioni attributae sunt, eidem Sacrae Congregationi transmittet. Quodsi distincta eiusmodi pecuniae capita non exsistant, *Sacra Congregatio de Propaganda fide* tantum reditus constituat ex aere proprio, quantum universam subsidiorum summam exaequet, cum ordinariorum, tum extraordinariorum, quam eadem Sacra Congregatio quotannis ad has regiones pro suis cuiusque operibus atque institutis mittere solebat. Extraordinaria autem subsidia ex media quantitate pecuniae designanda sunt quae superiore triennio, hoc est annis MDCCCCXXXV, MDCCCCXXXVI, MDCCCCXXXVII, ad has easdem regiones quotannis missa fuit.

---

consentement préalable de la Sacrée Congrégation pour l'Eglise orientale.

VII. — Lorsque les pays de l'Orient chrétien auront passé sous l'autorité exclusive de la Sacrée Congrégation pour l'Eglise orientale, tous les documents concernant ces pays, et qui se trouvent conservés dans les archives de la Sacrée Congrégation de la Propagande, devront être confiés et livrés, autant que cela pourra se faire et après entente réciproque des chefs des deux Offices, aux archives de la Sacrée Congrégation pour l'Eglise orientale.

VIII. — La Sacrée Congrégation de la Propagande remettra à la Sacrée Congrégation pour l'Eglise orientale tous les capitaux destinés aux œuvres et institutions des pays soumis à la juridiction exclusive de cette dernière Congrégation. Si des capitaux distincts n'existent pas, la Sacrée Congrégation de la Propagande constituera de ses propres ressources des revenus égaux au total des subsides, tant ordinaires qu'extraordinaires, que la même Sacrée Congrégation avait l'habitude d'envoyer chaque année à ces pays pour leurs œuvres et institutions. Les subsides extraordinaires seront calculés d'après la moyenne des trois dernières années, c'est-à-dire d'après ce qui a été envoyé chaque année à ces mêmes pays en 1935, 1936, 1937.

IX. — *Pontificum Opus a Propagatione Fidei* eam summam quotannis reddet *Sacrae Congregationi pro Ecclesia orientali,* quae comparationem proportionemque immutatam servet inter universam subsidiorum summam, cum ordinariorum, tum extraordinariorum, quae postremo triennio, ut supra diximus, in Orientalium ac Latinorum causam pro iisdem regionibus erogata sunt, ac proventuum redituumque summam, quam memoratum Pontificium Opus eodem triennio coacervavit.

X. — *Pontificium Opus a S. Petro Apostolo pro Clero Indigena* quotannis *Sacrae Congregationi pro Ecclesia orientali* eam summam transmittet, quae duas centesimas partes exaequet omnium redituum ac proventuum eiusdem Pontificii Operis.

XI. — Substitutus *Sacrae Congregationis pro Ecclesia orientali* ex iure Consilium generale Superius participat Pontificiorum Operum a Propagatione Fidei et a S. Petro Apostolo pro clero indigena.

Quae autem heic a Nobis statuta sunt, ea firma ac valida in perpetuum esse volumus ac iubemus, contrariis quibuslibet non obstantibus, etiam peculiarissima mentione dignis.

IX. — L'Œuvre pontificale de la Propagation de la Foi versera chaque année à la Sacrée Congrégation pour l'Eglise orientale une somme déterminée proportionnée, d'une part au total des subsides tant ordinaires qu'extraordinaires distribués pendant les trois dernières années indiquées ci-dessus au profit des Orientaux et des Latins dans les pays mentionnés, et d'autre part au total des revenus et des ressources recueillis par la susdite Œuvre pontificale pendant ces trois mêmes dernières années.

X. — L'Œuvre pontificale de Saint-Pierre-Apôtre pour le clergé indigène remettra chaque année à la Sacrée Congrégation pour l'Eglise orientale une somme égale à 2 % de tous les revenus et ressources de la même Œuvre pontificale.

XI. — Le substitut de la Sacrée Congrégation pour l'Eglise orientale est de droit membre du Conseil général supérieur des Œuvres pontificales de la Propagation de la Foi et de Saint-Pierre-Apôtre pour le clergé indigène.

Nous voulons et ordonnons que toutes les choses établies par Nous dans les présentes Lettres demeurent toujours fermes et valables, nonobstant toutes choses contraires, même celles qui méritent une mention très spéciale.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die XXV mensis Martii in festo Annuntiationis B. M. Virginis, anno MDCCCCXXXVIII, Pontificatus Nostri decimo septimo.

PIUS PP. XI.

Donné à Rome, près Saint-Pierre, le 25 mars, fête de l'Annonciation de la Bienheureuse Vierge Marie, en l'année 1938, la dix-septième de Notre Pontificat.

PIE XI, PAPE.

HOMILIA

habita in Basilica Vaticana, die XVII mensis Aprilis anni MCMXXXVIII, in festo Resurrectionis D. N. Jesu Christi, intra missarum solemnia, in solemni canonizatione BB. Andreae Bobola, Joannis Leonardi et Salvatoris ab Horta (1).

VENERABILES FRATRES, DILECTI FILII.

Haec est dies, quam fecit Dominus : exsultemus et laetemur in ea (*Ps.* CXVII). Hodie Christus Dominus devicta morte, aeternitatis nobis aditum reseravit ; hodie militans Ecclesia triumphantis Ecclesiae gaudia effusiore laetitia participat, quod tres e suis civibus, divini Redemptoris vestigia secuti, sanctitudinis sempiternaeque beatitatis compotes inerranti iudicio consecrantur.

Quibus in caelicolis id revera effectum datur, quod decessor

HOMELIE

prononcée le jour de Pâques (17 avril 1938) à la messe pontificale de la canonisation des bienheureux André Bobola, Jean Leonardi et Salvator d'Horta (2).

VÉNÉRABLES FRÈRES, CHERS FILS.

Voici le jour que le Seigneur a fait : exultons et réjouissons-nous en lui. Aujourd'hui le Christ, Notre-Seigneur, vainqueur de la mort, nous a ouvert l'accès de l'éternité ; aujourd'hui, avec des transports de joie, l'Eglise militante participe au bonheur de l'Eglise triomphante, parce que trois de ses membres, qui suivirent les traces du divin Rédempteur, sont déclarés, par un jugement infaillible, possesseurs de la sainteté et de l'éternelle béatitude.

(1) Cf. *A. A. S.*, XXX, 1938, p. 151. — Le Pape n'a pu célébrer la messe pontificale de canonisation. L'homélie *Haec est dies* fut lue par Mgr Bacci, après que Pie XI eut chanté l'oraison propre des nouveaux Saints.
(2) Cf. *La Croix*, 27 avril 1938.

Noster sanctae reconciliationis Leo Magnus adhortando animadvertit : *Quo processit gloria capitis, eo spes vocatur et corporis.* (S. LEO M., *Sermo I de Ascens. Domini.*) Eo scilicet omnes invitamur atque compellimur, quo nos Magister noster Christus voce exemploque suo vocavit, ad supernam nempe patriam, quasi per aspera ad astra gradientes, feliciter assequendam. Quodsi per terrestrem hanc peregrinationem difficultates omne genus eluctari atque evincere oportet, quandoquidem *Regnum caelorum vim patitur* (*Matth.* XI, 12), neque *coronatur, nisi qui legitime certaverit* (Cf. *II Tim.* II, 5), at praeclara eorum exempla, quos hodie licuit sanctimoniae decore honestare, ut spem nostram erigunt, ita nobis invitamento auxilioque sunt : *Venite, ascendamus ad montem Domini* (*Mich.* IV, 2).

Quapropter opportunum est eorum virtutum laudes, etsi breviter edisserendo, recolere, ut ad eorum egregie gesta pro viribus imitanda incendamur. Ad christianae humilitatis studium, ad terrenarum rerum contemptum, ad voluntariam denique corporis castigationem nos adhortatur omnes Salvator ab Horta, qui, cum quoslibet sensuum motus superioribus animi facultatibus subiecisset, ipsumque animum divinae legi, ita Iesu Christi imaginem suis moribus expressit, ut innumeras multitudines sanctitudinis splendore rerumque

---

Dans ces Bienheureux se vérifie ce que Notre prédécesseur de sainte mémoire, Léon le Grand, expliquait dans une exhortation : « Il y a espoir pour le corps d'être appelé là où l'a précédé la gloire de sa tête. » Ainsi nous sommes tous invités avec instance à parvenir *quasi per aspera ad astra* à la patrie céleste, d'autant plus que Notre Maître, le Christ, nous y a appelés par ses enseignements et ses exemples. Que si, dans ce pèlerinage terrestre, nous devons surmonter des difficultés de toutes sortes, puisque *le royaume des cieux souffre violence* et que *seul celui qui a combattu sera couronné*, les lumineux exemples de ceux auxquels Nous avons pu aujourd'hui donner les honneurs des autels soutiennent notre espérance et en même temps nous encouragent et nous appellent : *Venez, montons à la montagne de Dieu.* Il est donc opportun de rappeler même brièvement leurs vertus pour nous entraîner à imiter, autant que cela est possible, leurs actions héroïques.

Salvator d'Horta nous invite à l'humilité chrétienne, au mépris des choses de la terre et finalement à la mortification volontaire du corps. Ce Saint ayant soumis tous ses sens aux forces spirituelles et son esprit à la loi divine reproduisit si bien dans sa vie l'image de Jésus-Christ qu'il attirait les multitudes par le

miraculis alliciens, ad meliorem ducendae vitae rationem, Ecclesiae nimirum praeceptis consentaneam, omni ope reduceret. Quot enim ex omni ordine cives, ad eum undeunde confluentes, cum supernae lucis fulgorem ex eius vultu radiantem conspicerent, cum incensum audirent eius alloquium, ac flagrantem Dei proximorumque caritatem eius intuerentur, ad sanctissima eius vestigia sequenda veluti rapiebantur.

Qui vero *venator animarum* iure meritoque appellatus est, Andreas Bobola sacerdos Soc. Iesu, actuosum divini Regni dilatandi studium nos edocet; ac martyr invictus enervatos nostrorum temporum homines ad fortitudinem compellat et ad quoslibet Dei Ecclesiaeque causa tolerandos labores, secundum illud *magna facere ac perpeti, christianum est.* Is enim a Cosacis Ianoviae captus, quod schismaticorum errores refelleret ac catholicam, summo cum fructu, praedicaret fidem, flagris caesus est, aspera ad Iesu Christi modum redimitus corona, alapis graviter percussus, ac falcato ense vulneratus iacuit. Mox ei oculus evulsus dexter, pellis variis partibus detracta, atque atrociter subusta vulnera, hispidoque stramento defricata. Nec satis; nam aures ei, nares ac labia resecta sunt, lingua retrorsum ex occipitio abstracta, subula

---

rayonnement de sa sainteté, pour les conduire efficacement à un genre de vie meilleur, conforme aux préceptes de l'Eglise. De fait, ces hommes de toutes conditions, accourus vers lui de partout, voyant son visage irradié d'une lumière céleste, entendant sa parole enflammée, admirant son ardente charité envers Dieu et le prochain, étaient entraînés à suivre ses traces.

Ensuite, celui qui fut surnommé très justement *venator animarum*, André Bobola, prêtre de la Compagnie de Jésus, nous enseigne le zèle ardent pour l'extension du règne de Dieu, et, par la façon dont il souffrit le martyre, il excite les faibles de ce siècle à avoir de la force et à endurer toutes les fatigues pour la cause de Dieu et de l'Eglise, selon le mot : « Faire et souffrir de grandes choses est le propre du chrétien. » Arrêté par des Cosaques de Jarrow pour avoir réfuté les erreurs des schismatiques et prêché avec de grands fruits la foi catholique, flagellé et couronné d'épines comme Notre-Seigneur, brutalement souffleté, il fut jeté à terre par un coup d'épée. Après lui avoir arraché l'œil droit et l'avoir écorché vif en différentes parties du corps, on appliqua le feu sur ces plaies et on les frotta rudement avec de la paille. Cela ne suffit pas : on lui coupa les oreilles, le nez, les lèvres, on lui arracha la langue qu'on coupa à la racine par une

denique in cor defixa : ac tandem aliquando strenuus athleta, hora tertia post meridiem, mirandum sane praebens fortitudinis spectaculum, gladio confossus, martyrii gloriam consecutus est.

Nec leviora nobis virtutis documenta praestat Ioannes Leonardius, Congregationis conditor Clericorum Regularium a Matre Dei. Quin immo, etsi non omnibus facultas officiumque est, pro suis cuiusque rerum adiunctis, Andreae Bobola strenuitatem animi ad vitae usque iacturam imitari, omnes tamen possumus Ioannis Leonardi integritatis candorem, eius precationis sanctae paenitentiaeque amorem, itemque impensum apostolatus studium aemulari. Quibus virtutibus enitens, non modo ipsemet summum attigit christianae perfectionis fastigium, sed ceteros etiam, vel devios ad rectum iter revocavit, vel in incertum aestuantes ad securitatis portum reduxit, vel denique — e cleri praesertim ordine bene multos — ita pietate divinoque ardore incitavit, ut, rebus omnibus posthabitis, nihil magis optarent, quam ut, Evangelii praecones effecti, gentes omnes, in umbra mortis iacentes, Iesu Christi luce ac gratia recrearent.

Tribus in his caelitibus peculiaris videtur Nobis Providentissimus Deus benevolentiae dedisse pignus ; quandoquidem

---

ouverture faite dans la nuque ; on lui enfonça un couteau près du cœur. Enfin, vers 3 heures de l'après-midi, offrant le spectacle d'une force admirable, l'infatigable athlète, transpercé par une épée, conquit la gloire du martyre.

Jean Leonardi, fondateur des Clercs Réguliers de la Mère de Dieu, nous propose aussi de beaux exemples de vertu. S'il n'est pas donné à tous, en effet, en raison des genres de vie différents, d'imiter jusqu'à la mort la force d'André Bobola, tous peuvent cependant imiter l'innocence, la piété, la mortification, l'indéfectible zèle apostolique de Jean Leonardi. Modèle de ces vertus, non seulement il atteignit le plus haut sommet de la perfection chrétienne, mais il rappela les errants dans le droit chemin, il conduisit au port ceux qui s'égaraient dans la tempête et il influença tous les autres, spécialement de nombreux ecclésiastiques, par l'exemple d'une telle piété et ferveur d'amour, que, méprisant tout le reste, ils ne désiraient plus qu'annoncer l'Evangile pour donner la lumière et la grâce de Jésus-Christ à ceux qui gisent dans l'ombre de la mort.

Dans ces trois Saints, il semble que la divine Providence ait voulu nous donner un gage de bienveillance spéciale, puisque, alors que les nations sont troublées par tant de périls, ils font

iidem — populis in praesens tanto rerum discrimine perturbatis — novam Ecclesiae portendunt meliorum temporum spem. Quorum caelitum alterum, Poloniae decus christiani Orientis et Occidentis unitatem suis precibus imploraturum confidimus, in cuius finibus ipse martyrii palmam promeruit ; alterum catholicae Hispaniae — pace tandem concordiaque redintegrata — vigentiora christianae vitae opera conciliaturum ; alterum denique sacris Missionalium expeditionibus uberiora usque incrementa deprecaturum, quas ipsemet indefatigabili studio suasit atque provexit.

Benegnissime iidem patriam quisque suam respiciant ; suaque tutela efficiant ut — errorum colluvione prohibita, quae ima Civitatis fundamenta subruens atque corrumpens, populos in barbariam veterem detrudere conatur — nostra quoque aetate eaedem Nationes validissima exstent catholicae religionis civilisque cultus propugnacula. Itemque Ecclesiam universam benevolenti vultu respiciant, atque una simul comprecando a Deo impetrent, ut eius ductu e praesentibus tempestatibus victrix emergens, novos agat triumphos, omnesque gentes ad unum Iesu Christi ovile feliciter reducat. Amen.

---

espérer des jours meilleurs pour l'Eglise. Nous avons l'espoir que André Bobola, gloire de la Pologne, implorera par ses prières l'union si désirée de l'Orient et de l'Occident chrétiens, lui qui gagna à leurs frontières la palme du martyre ; que Salvator d'Horta obtiendra pour la catholique Espagne, avec le retour de la paix et de la concorde, un renouveau de vie chrétienne ; enfin, que le troisième nouveau Saint demandera l'heureux épanouissement des Missions catholiques dont il fut l'inspirateur et le promoteur.

Que chacun d'entre eux jette un regard bienveillant sur sa patrie et que leur intercession obtienne qu'après avoir vaincu la bourrasque d'erreurs qui menace de bouleverser les fondements de la société et de faire retomber les peuples dans l'antique barbarie, ces mêmes nations soient aujourd'hui encore les bastions avancés de la religion chrétienne et de la civilisation. Mais qu'ensuite ils regardent avec bienveillance aussi l'Eglise tout entière et demandent à Dieu, dans une commune prière, que, soutenue par sa grâce, elle triomphe des dangers présents et conduise tous les peuples par de nouvelles victoires à l'unique bercail du Christ. Ainsi soit-il.

LITTERAE DECRETALES

Beatus Andreas Bobola martyr, Societatis Iesu sacerdos, ad caelitum sanctorum honores evehitur (1).

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

Ex aperto Christi latere catholica Ecclesia in cruce exorta eiusque Sanguine dealbata, atque iam inde ab incunabulis et usque adhuc innumerabilium generoso martyrum sanguine corroborata, praegrandi hac die gaudio exultat, eo quia alium conspicit filium suum Sanctorum caelitum corona redimiri, gloriosum martyrem dicimus S. Andream Bobola, nobilis polonae nationis civem et inclitae Societatis Iesu sacerdotem. Quod quidem Nobis non sine providentissimo Dei consilio

---

LETTRES DECRETALES

Le bienheureux André Bobola, prêtre de la Compagnie de Jésus, est élevé aux honneurs des saints.

PIE, EVEQUE

SERVITEUR DES SERVITEURS DE DIEU

Pour perpétuelle mémoire.

Sortie du côté transpercé du Christ en croix et purifiée par ce sang divin, la sainte Eglise catholique, depuis ses origines jusqu'à nos jours, a été comme fortifiée par le sang généreux d'innombrables martyrs. En ce jour, elle tressaille d'une joie immense parce qu'elle voit un autre de ses enfants ceindre la couronne des saints : Nous voulons parler du glorieux martyr saint André Bobola, citoyen de la noble nation polonaise et prêtre de la méritante Compagnie de Jésus. Et, certes, ce n'est pas sans un

(1) *A. A. S.*, t. XXX, 1938, p. 357-369.

hacce nostra aetate peragere datum est ; nam, cum hodie vulgo homines, caritate posthabita, *quae sua sunt quaerant*, suaque commoda utilitatesque unice spectantes, de proximorum salute nihil pensi habeant, perutile animarum saluti visum est fortissimum Christi pugilem in exemplum proferre, qui, *venator animarum* iure meritoque appellatus, actuosum divini regni dilatandi studium nos edocet ; ac martyr invictus enervatos nostrorum temporum homines ad fortitudinem compellat et ad quoslibet Dei Ecclesiaeque causa tolerandos labores, secundum illud *magna facere ac perpeti christianum est*.

Anno Domini ille millesimo quingentesimo nonagesimo primo in *Parva*, quam vocant, *Polonia*, in Palatinatu Sandomiriensi ortum habuit ex parentibus nobilitate generis praeclaris. Grandiusculus factus, optimo ingenio praeditus, egregiam sui spem excitavit et ad scholas Societatis Iesu collegii, quod patrui sui Andreae munificentia conditum fuerat, missus, morum innocentia ac singulari pietate enituit. Saeculi vanitates spernens et verbi Dei apostolus fieri ardenter exoptans, Societati Iesu nomen dare statuit, atque annum agens undevicesimum Vilnae in eiusdem Societatis novi-

---

dessein très spécial de la divine Providence qu'il Nous est accordé de procéder, à cette période de Notre vie, à cette canonisation. Aujourd'hui, ne tenant nul compte de la charité, les hommes, en majeure partie, recherchent uniquement leurs intérêts personnels, leurs avantages et leurs aises. Aussi n'ont-ils aucun souci du salut du prochain. C'est pourquoi il Nous a paru très profitable au bien des âmes de leur proposer en exemple cet athlète si courageux du Christ surnommé à bon droit et à juste titre *le preneur d'âmes ;* il nous enseigne ou nous prêche la volonté agissante de travailler à dilater le royaume de Dieu. Martyr invincible, saint André pousse les hommes d'aujourd'hui, si peu virils, à pratiquer la vertu de force et à endurer toutes les fatigues pour la cause de Dieu et de l'Eglise, selon cette sentence : *faire et supporter de grandes choses est chrétien.*

André Bobola naquit de parents illustres par leur noblesse dans la Petite-Pologne, dans un château du Palatinat de Sandomir, en l'année 1591 Adolescent, doué d'une très belle intelligence, il fit concevoir à son sujet les plus belles espérances. Envoyé au collège de la Société de Jésus, fondé par la munificence de son oncle André, il s'y fit remarquer par la pureté de ses mœurs et par sa piété. Méprisant les vanités du siècle et désirant ardemment devenir le héraut de la parole de Dieu, il se décida à entrer dans la Compagnie de Jésus. Agé de dix-neuf ans, il commença donc

tiatum ingressus est, ibique, duce Laurentio Bartilio, tyronum magistro, sanctioris vitae fundamenta posuit, ac, biennio expleto, vota nuncupavit die prima et trigesima Iulii mensis, anno millesimo sexcentesimo tertiodecimo, quo eodem anno minoribus ordinibus in cathedrali ecclesia Vilnensi initiatus est. Per triennium deinde philosophicis studiis vacavit, quibus absolutis, anno millesimo sexcentesimo decimo sexto adulescentulos in litteris puerosque in christianae fidei rudimentis instituendi munus, uti Societatis Iesu sodalibus mos est, suscepit ; quod illi viam stravit ad maiora obeunda munera, unde et aliis aeterna salus et ipsi palma honestissima obventura erant.

In Brunsbergensi collegio, in Varmia, primum, in quo tercenti fere alumni studiis incumbebant, deinde in collegio *Poltusk* urbis magistri officium exercuit, in quo mirum exhibuit exemplum zeli, prudentiae animique mansuetudinis. Rursus Vilnam vocatus, theologicis disciplinis sedulam operam dedit. Anno autem millesimo sexcentesimo vigesimo primo sacros suscepit ordines subdiaconatus et diaconatus, ac tandem, die duodecima Martii insequentis anni ad presbyteratum evectus est, qua die Romae Ignatius et Franciscus Xaverius in sanctorum album referebantur. Sacerdotio auctus, ex ea dignitate novam maioremque sumpsit vim ad animas

---

son noviciat à Vilna où, sous la conduite du Maître des novices Laurent Bartilio, il jeta les fondements d'une vie plus sainte. Après ses deux années de probation, il prononça ses vœux le 31 juillet 1613 et, en cette même année, il reçut les Ordres mineurs dans l'église cathédrale de Vilna. Il s'adonna ensuite pendant trois ans à l'étude de la philosophie. Ces études terminées, on lui confia en 1616, comme c'est la coutume pour les religieux de la Compagnie de Jésus, le soin d'enseigner les lettres aux jeunes gens et le catéchisme aux enfants. Ces fonctions le préparèrent à remplir des charges plus élevées dans lesquelles il pourra dans la suite procurer aux autres le salut éternel et à lui-même la plus honorable de toutes les couronnes.

Il s'adonna à ces travaux du professorat tout d'abord au collège de Braunsberg, dans le duché de Warmie, où se trouvaient environ trois cents élèves, puis à celui de la ville de Pultusk. Le professeur donna un remarquable exemple de zèle, de prudence et de douceur. Rappelé à Vilna, André consacra ensuite tous ses soins à l'étude de la théologie. Il reçut les Ordres sacrés du sous-diaconat et du diaconat en 1621, et enfin, le 12 mars de l'année suivante (1622), jour où, à Rome, saint Ignace de Loyola et saint François Xavier étaient canonisés, André Bobola recevait le sacer-

Christo lucrifaciendas ac potissimum ad strenue contra haereticos pugnandum. Theologicis vero studiis expletis, sacerdotali ministerio se totum dedit, quod Vilnae primum, deinde in *Bobrujsk* urbe miro exercuit zelo, quem nec labores prope innumeri, nec temporum adversitas, nec hostium minae, nec denique morbus pestilens, qui ter continenter annos per ea loca grassatus est, imminuere potuerunt. Omnes in christiana perfectione obfirmare atque turbatis animis, superstitione detentis, lucem et solatium afferre nitebatur. Sive in urbe, sive in agris christianam doctrinam diligenter edocebat, atque, pauperum domos et squalentia tuguria frequentans, civium animos ad se allicere studebat, ut cum illis de catholicae fidei dogmatibus familiariter loqui posset. Neque carcere detentos vel aegrotos neglegebat, quibus nunquam auxilii sui defuit levamen. Andreae vero in proximum caritas tum praecipue enituit, cum in Polonia anno millesimo sexcentesimo vicesimo quinto et iterum quatuor post annos exitiosa pestis orta est. *Omnibus omnia factus* una cum aliquot sodalibus heroicae caritatis praeclara, hilari semper animo, praebens exempla, morbi contagionis periculum sper-

---

doce. Prêtre, il puisa dans le sacerdoce une force nouvelle et plus considérable pour travailler à gagner les âmes au Christ et surtout pour combattre avec intrépidité les hérétiques.

Ses études théologiques achevées, il se consacra tout entier au ministère sacerdotal : d'abord à Vilna, puis à Bobruisk. Rien ne put diminuer son zèle extraordinaire : ni des travaux presque innombrables, ni les calamités de l'époque, ni les menaces des ennemis de la foi, ni enfin la peste qui sévit dans ces régions durant trois longues années. Il s'efforçait de fortifier les âmes dans la pratique de la perfection chrétienne et d'offrir la lumière et la consolation aux esprits troublés victimes de la superstition. Il enseignait soigneusement la doctrine chrétienne aux personnes des villes comme à celles de la campagne.

Visitant fréquemment les pauvres dans leurs maisons et leurs misérables chaumières, il s'appliquait à gagner la sympathie de ses concitoyens afin de pouvoir s'entretenir familièrement avec eux des vérités de la foi catholique. Il ne négligeait pas les prisonniers et les malades auxquels ses secours et son assistance ne firent jamais défaut. Mais c'est surtout en 1625, et de nouveau quatre ans après, lorsque sévit en Pologne une peste meurtrière, que brilla dans tout son éclat la charité d'André pour le prochain. *Se faisant tout à tous* avec plusieurs de ses frères en religion, il donna toujours joyeusement de très beaux exemples d'une héroïque charité. Méprisant le danger d'être atteint par la conta-

mens, aegrotorum corporum sed magis animarum saluti consuluit. Diebus festis, in concionibus sacris divini verbi praeconem tam efficaciter agebat tantoque fervore, ut ad illas auscultandas ingens civium numerus ac ipsi aulae regiae proceres accurrerent. Qua de causa ab omnibus verus Apostolus et *animarum venator* vulgari nomine appellabatur. Anno demum millesimo sexcentesimo trigesimo, die secunda Iunii mensis, sollemnem professionem religiosam emisit.

Andreae zelo pro Dei gloria propaganda consociata est magna dolores et aerumnas perpetiendi cupiditas. Hinc asperrimi cruciatus, quibus corpus affligebat, hinc ieiunia plurium dierum antequam ad missiones peragendas se conferret.

Tantum religionis et caritatis ardor, ex quo maximi, Deo adiuvante, percipiebantur fructus, schismaticorum quibus invisa prorsus in sacro ministerio Andreae alacritas erat, magnum in eum odium concitavit, et illi, ira perciti, eum morti tradere statuerunt. Tristis et plena aerumnarum calamitas eas regiones tunc temporis divexabat : infelicem namque Poloniam, quae hostium armis undequaque pressa

---

gion, il pourvut à la guérison des corps, mais bien davantage au salut des âmes.

Aux jours de fête, dans ses sermons, il prêchait la parole divine d'une façon si efficace et avec tant d'ardeur que les foules très considérables et les hauts personnages de la cour royale accouraient l'écouter. Tel est le motif pour lequel tous le surnommaient dans leur langue « un véritable apôtre et le conquérant des âmes ». Le 2 juin 1630, André fit profession solennelle dans la Compagnie de Jésus.

Au zèle pour propager la gloire de Dieu s'unissait dans l'âme d'André un grand désir de souffrir et d'endurer des tribulations. Et c'est dans ce désir que l'on trouve la source des rudes mortifications qu'il imposait à son corps, de ses jeûnes prolongés plusieurs jours, avant de s'adonner aux missions.

Un tel zèle pour la religion et une si grande charité produisant, avec le secours de Dieu, les fruits les plus abondants de salut devaient exciter contre l'apôtre la haine féroce des schismatiques. Déjà, ils voyaient d'un mauvais œil son activité dans l'exercice du divin ministère : remplis de fureur, ils décidèrent sa mort. A cette époque, ces régions de la Pologne étaient éprouvées par des calamités nombreuses et fort attristantes.

Les Cosaques, auxquels non seulement la vraie religion, mais encore, tout sentiment d'humanité, étaient totalement étrangers, avaient envahi la malheureuse Pologne, opprimée de tous côtés

erat, Cosaci, non modo a vera religione sed etiam ab animi humanitatae omnino remoti, invaserant, et, schismaticis instigantibus, suae ferociae impetum ad convellandam catholicam fidem converterant : dirutae ecclesiae, disiecta monasteria, trucidati passim sacerdotes ac fideles, sacra omnia dispersa. Andreas, qui tunc in Lituania sacris missionibus incumbebat, non quidem timorem, sed e contra laetitiam singularem ex iis concepit animo, quippe sibi oblatam videbat occasionem proprio sanguine catholicae fidei testimonium dandi.

Nec diu certamen quod optabat moratum est. Cosaci namque die sexta decima Maii mensis, anno millesimo sexcentesimo quinquagesimo septimo non longe a pago *Peredil*, prope Ianoviam Andream comprehenderunt, qui fustibus percussus, alapsis caesus, fune tractus ab equite praeeunte laborioso et cruento itinere, Ianoviam ductus est extremo supplicio dandus. In quo certamine martyr polonus nobilissimos aequavit, quos celebrat Ecclesia, triumphos. Interrogatus an latinus sacerdos esset, Andreas « Sacerdos, inquit, catholicus sum, natus in catholica fide, in hac ipsa fide mori volo ; fides mea verax ; ad salutem ducit ; vos

---

par les armées ennemies, et, à l'instigation des schismatiques, ils employaient leur fougueuse férocité à détruire la foi catholique : en conséquence, des églises détruites, des monastères dispersés, des prêtres et fidèles égorgés çà et là, les choses saintes pillées et dispersées. André se consacrait alors à des missions apostoliques en Lithuanie. Connaissant ces persécutions, loin d'en être effrayé, il en ressentit au contraire une joie singulière parce qu'il voyait l'occasion qui s'offrait à lui de répandre son propre sang en témoignage de la foi catholique.

Il n'eut pas à attendre longtemps le combat qu'il souhaitait. En effet, le 16 mai 1657, non loin du village de Peredylna, dans les environs de Janow (1), les Cosaques s'emparèrent d'André. Après l'avoir cruellement flagellé, meurtri de soufflets, on l'attacha par une corde à la selle de deux cavaliers qu'il dut suivre dans une marche rude et sanglante. Il fut conduit à Janow pour y être livré au dernier supplice. Dans ce combat, le martyr polonais remporta en toute vérité des triomphes qui sont parmi les plus nobles de ceux que l'Eglise célèbre. A la question qui lui fut adressée s'il était prêtre latin, André répondit : *Je suis prêtre catholique, né dans la foi catholique, et je veux mourir dans cette même foi. Ma foi est la véritable, celle qui conduit au salut.*

(1) Janow est un bourg situé à onze lieues à l'ouest de Pinsk.

potius poeniteat ; poenitentiae indulgete, secus vestris in erroribus salutem assequi minime poteritis ; idem meam amplectentes, Deum verum cognoscetis, animasque vestras salvabitis ». Quibus verbis ferociores facti, scelesti homines in Christi pugilem non unam vel alteram poenam adhibent, sed pene innumeras atque acerbissimas : flagris antea caedunt et asperam capiti eius coronam imponunt ; falcato ense vulnerant ; pellem ei diripiunt occipiti ; pectoris, dorsi aliarumque corporis partium plagas ardentibus lampadibus torrent, eique pugili invicto, fidei professionem iteranti, labia et nares recidunt, linguam radicitus divellunt atque effodiunt oculum ; ac tandem, dum Andreas in vitae confinio versatur, carnificum quidam duobus gladii ictibus tam acerbo martyrio finem imponit. Beati martyris corpus, in sterquilinium per summam iniuriam a persecutoribus proiectum, sed mox sub nocte, Deo Servum suum glorificante, mira luce splendescens, ab universo populo ingemiscente, effusis precibus, cum veneratione sublatum, a Parocho Ioanne Zalewski diligenter asservatum est ac postea a duobus Societatis Iesu sodalibus rite compositum.

Quant à vous, repentez-vous plutôt et faites pénitence, car vous ne pourrez vous sauvez dans vos erreurs. Embrassant la foi que je professe, vous arriverez à la connaissance du vrai Dieu et vous sauverez vos âmes. Rendus plus féroces encore par ces paroles, ces hommes impies infligèrent à l'athlète du Christ non pas l'un ou l'autre supplice, mais des tortures presque innombrables et des plus cruelles. Ils le frappent avec des lanières, lui mettent sur la tête une couronne qui la serre comme un étau, ils le blessent de leur cimeterre, lui arrachent le cuir chevelu de derrière la tête en forme de tonsure, brûlent avec des torches enflammées les plaies de la poitrine, du dos et des autres parties du corps. Comme l'invincible athlète du Christ renouvelle sa profession de foi, les Cosaques lui coupent les lèvres et le nez, ils lui arrachent jusqu'à la racine la langue et lui crèvent un œil. Enfin, alors qu'André se trouve sur le point d'expirer, un des bourreaux met fin à un si cruel martyre par deux coups de sabre. En dernier signe de mépris, les persécuteurs jettent dans le fumier le corps du bienheureux martyr (1). Mais Dieu glorifia bientôt son serviteur en faisant luire autour de son corps, durant la nuit, une resplendissante lumière miraculeuse. Alors tous les fidèles, douloureusement émus de ce crime, enlevèrent avec vénération et en priant les restes du martyr. Le curé Jean Zalewski les conserva avec

(1) Cf. *Rome*, 1924, p. 114.

Atrocissima Andreae mors et martyrii causa non in Polonia solum sed et alibi vulgata, famam de illo excitavit ; quae tamen ob temporum rerumque iniuriam per quinquaginta fere annos sopivit, ipso quoque eius sepulcro obliterato. Sed anno millesimo septingentesimo secundo, Andrea ipso revelante, sacrum eius corpus incorruptum et quovis foetore carens, uti nuper humatum, repertum est cum omnibus atrocissimi quod super narravimus martyrii stigmatibus. Quae quidem simul ac vulgata fuerunt, maximus ad sepulcrum coepit esse hominum concursus atque innumerae Dei gratiae atque miracula etiam, Beati illius martyris intercessione, a Deo patrata dicebantur. Quamobrem magnum efferbuit desiderium tantum virum in sanctorum numerum adscribendi. De eius igitur martyrii declaratione nec non de eiusdem beatificatione et canonizatione Causa apud Sacram Rituum Congregationem introducenda agi coeptum est. Quatuor idcirco processus auctoritate ordinaria adornati fuere. Quibus rite recognitis, fel. rec. Benedictus Papa Tertiusdecimus, Praedecessor Noster, die vigesima secunda Decembris, anno millesimo septingentesimo vigesimo octavo introductionis

---

grand soin, et dans la suite deux membres de la Compagnie de Jésus leur procurèrent une honorable sépulture.

La mort si atroce d'André Bobola et la raison de son martyre, divulguées non seulement en Pologne, mais ailleurs, contribuèrent à le faire connaître. Cependant, en raison des malheurs des temps comme des circonstances contraires, durant une cinquantaine d'années, on oublia et sa mémoire et même l'emplacement de son tombeau. Mais, en l'année 1702, sur la révélation d'André lui-même, on retrouva son précieux corps intact, n'exhalant aucune odeur putride comme s'il avait été récemment inhumé, portant encore toutes les traces de l'épouvantable supplice décrit plus haut. Dès qu'ils connurent ces détails, les catholiques commencèrent à affluer en foule à son tombeau. L'intercession du bienheureux martyr obtenait de Dieu, au dire des fidèles, des grâces très nombreuses et même des miracles. Aussi le vif désir de voir un homme si remarquable inscrit au Catalogue des saints jaillit dans tous les cœurs. On commença donc les démarches pour introduire sa Cause auprès de la Sacrée Congrégation des Rites, en vue de la déclaration de son martyre ainsi que de sa béatification et canonisation. Quatre procès furent faits par l'autorité épiscopale ; après leur approbation, le Pape Benoît XIII, Notre prédécesseur d'heureuse mémoire, signa la Commission d'introduction de la Cause le 22 décembre 1728 Après qu'eurent été faites, tant dans la curie épiscopale de Luck (Loutsk) que celle de Vilna les autres enquêtes prescrites par le droit, le Pape

Causae commissionem signavit. Expletis postea tam in episcopali curia Luceoriensi, quam in curia Vilnensi ceteris inquisitionibus iure praescriptis, fel. rec. Benedictus Papa Quartusdecimus, et ipse Praedecessor Noster, anno millesimo septingentesimo quinquagesimo quinto, die nona Februarii mensis, decretum edidit, quo declaravit martyrium et causam martyrii venerabilis Andreae Bobola ita probari, ut procedi posset ad ulteriora, ad discussionem nempe et approbationem quatuor miraculorum. Interea venerabilis Christi martyris corpus, quod, post exactos Societatis Iesu Patres e Polonia, Uniatis primum, clero schismatico dein tuendum commissum e Pinscensi oppido anno millesimo octingentesimo octavo Polociam translatum est, in Societatis collegii ecclesiae crypta satis decoro donatum est sepulcro, quod quidem novis gratiis miraculisque gloriosum fulgere coepit. Causa tamen usque ad annum saeculi illius vicesimum secundum graves ob causas siluit.

Anno demum millesimo octingentesimo trigesimo quinto fel. rec. Gregorius Papa Sextusdecimus, die vigesima quinta Ianuarii solemniter edixit constare de uno miraculo, *de incorruptione,* scilicet, *corporis venerabilis Servi Dei.* Anno autem millesimo octingentesimo quinquagesimo tertio fel. rec. Pius Papa Nonus, die quinta mensis Maii, festo Ascensionis

---

Benoît XIV, Notre prédécesseur d'heureuse mémoire, publia le 9 février 1755 un décret par lequel il déclarait que le martyre et la cause du martyre du vénérable André Bobola étaient si bien prouvés qu'on pouvait aller de l'avant dans la Cause, c'est-à-dire entreprendre la discussion et l'approbation des quatre miracles. Pendant ce temps, le corps du vénérable martyr, confié après l'expulsion des Jésuites du territoire de la Pologne à la garde d'abord des Uniates, puis à celle du clergé schismatique, fut transporté en 1808 de la ville de Pinsk à Polotzk (1). On le déposa dans un tombeau assez artistique placé dans la crypte de l'église du collège de la Compagnie de Jésus. De nouveaux bienfaits et miracles rendirent peu à peu ce tombeau glorieux. Cependant, pour de graves motifs, la Cause de béatification et de canonisation d'André Bobola fut en sommeil jusqu'en 1822.

Enfin, en 1835, le 25 janvier, Notre prédécesseur d'heureuse mémoire, le Pape Grégoire XVI, décréta solennellement qu'il y avait évidence pour un miracle, à savoir : *la non-corruption* du corps du vénérable serviteur de Dieu. Le 5 mai 1853, en la fête de l'Ascension de Notre-Seigneur Jésus-Christ, dans la sacristie de

(1) En polonais Polock.

D. N. Iesu Christi, in basilicae Lateranensis Secretario, ad quam adiverat ut iuxta veterem Summorum Pontificum consuetudinem, cum Sacro Cardinalium Senatu Missae Pontificali adsisteret, sollemniter decrevit : *Constare de tribus aliis miraculis a Deo patratis, venerabili Andrea Bobola intercessore adhibito, nimirum primo : instantaneae ac perfectae sanationis filii Ioannis Chmielnicki a cachexia scorbutica, a qua universum corpus sordidis verminosisque scatebat ulceribus, quaeque plicam rachitidinemque produxerat ; secundo : instantaneae perfectaeque sanationis Mariannae Florkowska a cruenta dysenteria ; tertio : instantaneae perfectaeque sanationis Catharinae Brzozowska a fluxu dysenterico cum tabe.* Die autem vicesima quarta insequentis mensis Iunii decretum evulgatum fuit, quo statutum est : *Tuto procedi posse ad sollemnem Venerabilis Servi Dei Beatificationem ;* de qua re die quinta mensis Iulii Litterae Apostolicae *Quae duo,* in forma Brevis datae fuerunt. Tandem die trigesima mensis Octobris eiusdem anni beatificationis sollemnia in Vaticana Basilica splendido apparatu ornata ac magna populi frequentia celebrata sunt.

Post haec beatificationis sollemnia per septuaginta fere annos ob temporum iniuriam denuo Causa siluit, quamquam

---

la basilique du Latran où il s'était rendu pour assister, entouré du Sacré-Collège des cardinaux, au Saint Sacrifice, selon l'antique coutume des Souverains Pontifes, le Pape Pie IX, d'heureuse mémoire, décréta solennellement qu'il constait de trois autres miracles obtenus de Dieu par l'intercession du vénérable André Bobola, à savoir : premièrement, de la guérison instantanée et parfaite du fils de Jean Chmielnicki d'une *cachexie* scorbutique qui avait recouvert le corps tout entier d'ulcères purulents et remplis de vers et dont il était résulté une *plique* (trichome) et une affection rachidienne ; deuxièmement, de la guérison instantanée et parfaite de Marie Florkowska d'une cruelle dyssenterie ; troisièmement, de la guérison parfaite et instantanée de Catherine Brzozowska d'un mal d'entrailles à forme de dyssenterie purulente. Et le 24 juin suivant, le Saint-Siège promulgua un décret édictant qu'*on pouvait en toute sûreté procéder à la béatification solennelle du vénérable serviteur de Dieu.* Au sujet de cette béatification, furent promulguées le 5 juillet, en forme de Bref, les Lettres apostoliques *Quae duo.* Et enfin, le 30 octobre de la même année (1853), les solennités de la béatification furent célébrées dans la Basilique vaticane magnifiquement ornée et devant un grand concours de fidèles.

Après ces solennités de la béatification, la Cause fut de nouveau

ad perillustris Beati huius martyris sepulcrum non mediocris erat fidelium concursus ac plurimae sanationes et miracula quoque non pauca eius intercessione dicebantur a Dei patrata. Quos inter Dei favores is merito adnumerandus est, quod, cum anno millesimo nongentesimo undevicesimo bolsceviki qui dicuntur Polociam occupassent et eorum aliqui beati Andreae corpus profanare tentassent, tanto huic sacrilego facinori b. m. Ioannes Baptista Cieplak, dioecesis Mohiloviensis, in cuius dicione Polocia urbs extat, tum episcopus suffraganeus, adiuvantibus quoque aliquot ex ipsis bolscevikis, strenue se opponens, sepulcrum integrum tunc quidem servare valuit.

Mira quoque sane putatur Beati exuviarum ab impia destructione conservatio, earumque insperata a bolscevikis illis redemptio, a Nobis feliciter, Deo favente, obtenta. Quum etenim Beati Andreae corpus Polocia, ubi maiore in dies fidelium veneratione colebatur, in *Vitebsk* oppidum primum, deinde Moscuam communistarum iussu delatum esset et in quodam privato musei loco repositum, Nos sacras Beati reliquias recuperare potuimus, et illae, maximis difficultatibus,

---

interrompue durant presque soixante-dix ans à cause de la dureté des temps. Cependant, l'affluence des pèlerins au tombeau du très illustre et bienheureux martyr ne cessa jamais. On proclamait que, par son intercession, Dieu avait opéré plusieurs guérisons et de nombreux miracles. Au nombre de ces faveurs divines, il faut placer à juste titre le fait suivant : en 1919, ceux qu'on appelle les bolcheviques occupèrent la ville de Polotzk et quelques-uns d'entre eux essayèrent de profaner le corps du bienheureux André. Mais Mgr Jean-Baptiste Cieplak, d'illustre mémoire, alors évêque auxiliaire du diocèse de Mohilev, sur le territoire duquel se trouve la ville de Polotzk, s'opposa énergiquement à ce crime et, aidé par quelques bolcheviques eux-mêmes, il réussit à conserver intact le tombeau du martyr.

On peut bien également qualifier de « miraculeuse » la préservation des reliques du Bienheureux d'une destruction impie et leur récupération inespérée des bolcheviques heureusement réalisée par Nous avec le secours de Dieu.

En effet, sur l'ordre des communistes, le corps du bienheureux André fut transporté de Polotzk, où les fidèles l'honoraient de jour en jour davantage, d'abord dans la ville de Vitebsk, puis à Moscou où on le relégua dans un coin d'un musée médical (le musée Petrowka). Nous avons pu rentrer en possession de ces saintes reliques du Bienheureux et, après avoir heureusement surmonté les plus grandes difficultés, surtout dans le voyage, Nous

in itinere potissimum, feliciter superatis, in Urbem, in palatium apostolicum Vaticanum die secunda Novembris anno millesimo nongentesimo vicesimo tertio, translatae sunt et, Maio mense insequentis anni in Farnesiano Ss. Nominis Iesu templo publicae christifidelium venerationi propositae, usquedum, uti Nostris et Polonum praecipue in votis est, Poloniam, cuius peculiarem patronum Andreas se ipse protulit, referri poterunt.

Interea magis in dies invalescebat erga novensilem Beatum fidelium piëtas ac fervor ; cumque nova alia, eius interventu implorato, a Deo dicerentur patrata prodigia, plurimae enixaeque, S. R. E. cardinalibus et episcopis non paucis, atque primi ordinis viris praeeuntibus, preces porrectae sunt tum s. m. Benedicto Papae Quintodecimo, Decessori Nostro, tum nobis ipsis, ut Causa resumeretur ad beati Andreae Canonizationem obtinendam. Nos vero, lubenti animo huiusmodi preces excipientes, die vicesima tertia Iulii mensis, anno millesimo nongentesimo vicesimo quarto, reassumptionis Causae commissionem propria manu signavimus. Bina itaque proposita sunt miracula, super quibus apostolici instructi

---

pûmes les faire parvenir à Rome où elles arrivèrent le 2 novembre 1923 au palais apostolique du Vatican. Au mois de mai 1924, on les exposa à la vénération publique des fidèles dans l'église farnésienne du Saint-Nom de Jésus (le *Gesù*). C'est là que les reliques reposent encore jusqu'à ce qu'elles puissent être rendues à la Pologne, comme cela est souhaité par Nous-même d'abord, puis par toute la nation polonaise dont André s'est constitué le patron tout spécial auprès de Dieu.

Entre temps, la dévotion et l'amour des fidèles envers le nouveau Bienheureux augmentaient chaque jour. On affirmait que, par son intercession, Dieu continuait à accorder de nombreux miracles. Aussi un assez grand nombre de cardinaux et d'évêques, à la suite de personnages du plus haut rang (1), présentèrent-ils soit à Notre prédécesseur de sainte mémoire le Pape Benoît XV, soit à Nous-même, de nombreuses et instantes suppliques pour la reprise de la Cause du bienheureux Bobola en vue de sa canonisation. Accueillant très volontiers ces suppliques, Nous avons signé de Notre propre main, le 23 juillet 1924, la Commission de reprise de la Cause. Deux miracles furent proposés : à leur sujet on instruisit les procès apostoliques habituels. Après l'examen juridique de la procédure suivie, ces procès furent reconnus valides.

(1) Le maréchal Pilsudski écrivit en 1920 au Pape pour le prier de canoniser le bienheureux André Bobola, patron de la Pologne.

processus, quorum iuridica forma post institutam de his disceptationem valida recognita est.

Prior mira sanatio in urbe Krynica in archidiocesi Cracoviensi die tertia Septembris mensis anno millesimo nongentesimo vigesimo secundo evenit.

Idae Henricae Turnau viduae Kopecka, annos natae quadraginta sex, ob osteomalaciae morbum roentgenianorum radiorum curatio fuit adhibita. Exinde graves ustiones in abdomine est passa. Altera ex his in quindecim et duodecim centimetra protendebatur, altera vero aliquantulo minus. Hae ustiones foetida saniemque manantia ulcera genuerunt, quae insanabilia, nisi quoque mortifera, a medicis sunt habita. Particula de B. Andreae Bobola reliquiis corpori apposita, eoque invocato, Ida statim ita convaluit, ut sine impedimento et infirmae sorori curas adhibere et ecclesiam adire valuerit. Inspecto speculi ope abdomine nullum amplius ulcus vidit, manibus autem sensit ulcerum loca pelle contecta ; id quod et medicus a curatione ita fuisse de visu comprobavit. Idem medicus, atque periti a S. Rituum Congregatione deputati, sanationem hanc naturae vires excedere edixerunt.

Altera sanatio in alma hac Urbe die trigesima Decembris anno millesimo nongentesimo trigesimo tertio contigit.

Soror Aloisia Dobrzynska, e Congregatione Servarum Mariae V. Immaculatae, acuta pancreatite, aliis morbosis

---

La première guérison miraculeuse eut lieu dans la ville de Krynica, de l'archidiocèse de Cracovie, le 3 septembre 1922. La veuve Ida-Henriette Turnau Kopecka, âgée de 46 ans, fut soignée par les rayons X pour une maladie d'ostéomalacie. Ce traitement causa de fortes brûlures dans l'abdomen ; l'une d'entre elles mesurait 15 centimètres sur 12, l'autre était un peu moins grande. Ces brûlures produisirent des plaies ulcéreuses fétides et purulentes réputées incurables et même mortelles par les médecins. Ayant appliqué sur la partie malade une parcelle des reliques du bienheureux André Bobola en l'invoquant, Ida fut aussitôt guérie et si bien qu'elle pût elle-même, et sans secours, soigner sa sœur malade et se rendre à l'église. Regardant avec un miroir la partie malade, elle ne vit plus aucun ulcère et de la main elle sentit que les anciennes plaies étaient cicatrisées. Le médecin qui la soignait constata de ses yeux ce même fait. Ce médecin, ainsi que les spécialistes désignés par la Sacrée Congrégation des Rites proclamèrent unanimement le caractère miraculeux de cette guérison

L'autre guérison se produisit dans cette sainte ville de Rome, le 30 décembre 1933 Sœur Aloysia Dobrzynska, de la Congregation

stipata symptomatibus, laborabat, a qua non aliter, nisi forte per chirurgicum ferrum, sanari potuisset, uti medicus a curatione pluresque a SS. Rituum Congregatione delecti periti, collegialiter quoque coacti, pluribus etiam perspectis radiographiis, edocent. Ferventes a consororibus aliisque ad B. Andreae patrocinium implorandum effusae sunt preces. Die vigesima nona Decembris morbus in sua gravitate saeviebat ; die insequenti de sua malignitate adeo remiserat, ut periti omnes sanationem iam tunc evenisse consenserint.

De utraque hac prodigiosa sanatione districto iudicio ad iuris tramitem disceptatum est, ac tandem die quinta et vicesima mensis Aprilis, praeterito anno, ad Nos advocatis dilectis Filiis Nostris cardinalibus Camillo Laurenti, SS. Rituum Congregationis Praefecto, et Petro Segura y Saenz, nec non dilectis Filiis Alfonso Carinci, eiusdem Congregationis a Secretis, ac Salvatore Natucci, S. Fidei Promotore Generali, sollemniter ediximus : *Constare de duobus miraculis, beato Andrea Bobola intercedente a Deo patritis scilicet, de instantanea perfectaque sanatione tum Idae Kopecka a gravi ustione radiorum X, cum Sororis Aloisiae Dobrzynska ab acuta pancreatite.*

---

des Servantes de Marie-Immaculée, souffrait d'une pancréatite aiguë compliquée de cancer ; seule une intervention chirurgicale aurait pu la guérir. C'est ce qu'affirment unanimement soit le médecin traitant, soit plusieurs spécialistes délégués par la Sacrée Congrégation des Rites, réunis en consultation et après avoir examiné plusieurs radiographies. Les Sœurs de la Congrégation et d'autres personnes adressèrent à Dieu de ferventes prières en invoquant le patronage du bienheureux André. Le 29 décembre 1933, le mal était dans toute sa gravité ; le jour suivant, sa nocivité avait tellement diminué que tous les docteurs furent d'avis que la guérison s'était déjà produite.

On examina rigoureusement, conformément aux prescriptions du droit, ces deux guérisons merveilleuses. Enfin, le 25 avril de l'année dernière (1937), après avoir appelé près de Nous Nos chers Fils les cardinaux Camille Laurenti, préfet de la Sacrée Congrégation des Rites, et Pierre Segura y Saenz, et aussi Nos chers Fils Alphonse Carinci, secrétaire de cette même Sacrée Congrégation, et Salvator Natucci, promoteur général de la foi, Nous avons solennellement proclamé : *Qu'il constait de deux miracles opérés par Dieu, par l'intercession du bienheureux Bobola, à savoir : de la guérison instantanée et parfaite soit de Ida Kopecka, d'une grave radiodermite, soit de la Sœur Aloysia Dobrzynska, d'une pancréatite aiguë.*

Ad nobilem autem huius Causae exitum unum deerat excutiendum dubium, an, videlicet, stante duorum miraculorum approbatione, *tuto* procedi posset ad sollemnem B. Andreae canonizationem. Quod dubium die undecima mensis Maii eiusdem anni in Generali Congregatione coram Nobis in palatio apostolico Arcis Gandulphi, Raphael Carolus, S. R. E. presbyter cardinalis Rossi, nomine et vice praefati cardinalis Petri Segura y Saenz, disceptandum proposuit, et omnes qui aderant tum Patres cardinales, tum officiales, praelati et consultores in affirmativum responsum unanimiter concesserunt. Nos tamen sententiam Nostram pandere die decima sexta eiusdem mensis statuimus. Qua die, praefatis cardinalibus Camillo Laurenti et Petro Segura y Saenz, atque Alfonso Carinci et Salvatore Natucci ad Nos arcessitis, sacroque Eucharistico sacrificio pientissime litato, sollemniter declaravimus *Tuto procedi posse ad sollemnem B. Andreae Bobola canonizationem.*

Quibus omnibus rite peractis, ut in re tam gravi sapientissimus a Decessoribus Nostris constitutus servaretur ordo, primum quidem venerabiles Fratres Nostros S. R. E. cardinales in Consistorium secretum, die septima decima Martii huius anni, apud Nos convocavimus ; in quo dilectus Filius

---

Pour l'heureuse issue de cette Cause, un doute restait encore à discuter, à savoir : *Etant donnée l'approbation des deux miracles ci-dessus, pouvait-on en toute sûreté procéder à la canonisation solennelle du bienheureux André ?* C'est ce doute que soumit à la discussion le cardinal prêtre Raphaël-Charles Rossi, en nom et place du cardinal Pierre Segura y Saenz, le 11 mai de la même année, dans la Congrégation générale tenue en Notre présence au palais apostolique de Castel-Gandolfo. Tous ceux qui étaient présents, les cardinaux, les officiers, les prélats, les consulteurs, donnèrent à l'unanimité une réponse affirmative. Nous-même, cependant, Nous avons remis au 16 mai 1937 la manifestation de Notre sentiment. Ce jour-là, ayant convoqué auprès de Notre personne les cardinaux déjà mentionnés Camille Laurenti et Pierre Segura y Saenz, ainsi que Nos Fils Alphonse Carinci et Salvator Natucci, après avoir pieusement célébré le Saint Sacrifice de la messe, Nous avons déclaré solennellement *qu'en toute sûreté on pouvait procéder à la canonisation du bienheureux André Bobola.*

Tous ces actes ayant été régulièrement accomplis, afin que, dans une affaire aussi importante, fût observée la procédure si sagement établie par Nos prédécesseurs, Nous convoquâmes d'abord auprès de Nous Nos vérérables Frères les cardinaux de la Sainte Eglise Romaine, pour le 17 mars de cette année 1938, en Consistoire secret.

Noster Camillus cardinalis Laurenti sermonem habuit de vita, martyrio et de miraculis B. Andreae Bobola, nec non de vita et miraculis B. Ioannis Leonardi, confessoris, sacerdotis, fundatoris Ordinis Clericorum Regularium a Matre Dei atque B. Salvatoris ab Horta, confessoris, laici professi Ordinis Fratrum Minorum; ac recensuit acta, quae in Causis eorumden Beatorum beatificationis et canonizationis SS. Rituum Congregatio, praevio accurato examine, admittenda ac probanda duxerat. Qua relatione expleta, Nos Patrum cardinalium singillatim suffragia exquisivimus ; singulique iidem cardinales suam Nobis aperuerunt sententiam. Consistorio secreto absoluto, rite celebratum est consistorium publicum in quo pro eorumdem Beatorum canonizatione sollemnis peroratio per dilectos Filios Consistorialis aulae advocatos habita est ; pro B. autem Andrea Bobola dilectus Filius Philippus Re perorationem diserte peregit.

Nos vero quod expostulatum est grato animo complectentes nihil antiquius fassi sumus habere, *quam ut evangelicae virtutis heroes ita in sua luce ponantur, ut quotquot sunt militantis Ecclesiae filii, eorum intuentes sanctitudinis fulgorem, in trepidis afflictisque huius vitae solacium, in arduo chris-*

Dans cette réunion, Notre cher Fils Camille, cardinal Laurenti, fit un discours sur la vie, le martyre et les miracles du bienheureux André Bobola, martyr, prêtre profès de la Compagnie de Jésus, également sur la vie et les miracles du bienheureux Jean Leonardi, confesseur, prêtre, fondateur de la Congrégation des Clercs Réguliers de la Mère de Dieu, et enfin sur le bienheureux Salvator d'Horta, profès convers de l'Ordre des Frères Mineurs ; il énuméra aussi les actes que la Sacrée Congrégation des Rites avait, après un examen minutieux, admis et approuvés pour chacune des causes de béatification et de canonisation des mêmes Bienheureux. Ce rapport une fois terminé, Nous avons demandé à chaque cardinal, l'un après l'autre, son avis, et chacun d'eux Nous a manifesté sa pensée au sujet de ces canonisations.

Après le Consistoire secret fut tenu, de la façon accoutumée, le Consistoire public, dans lequel Nos chers Fils, avocats de la Salle consistoriale, plaidèrent solennellement en faveur de la canonisation de ces Bienheureux : Notre cher fils Philippe Re parla avec éloquence pour la canonisation du bienheureux André Bobola. Pour Nous, très volontiers, recevant ces demandes, Nous avons avoué n'avoir rien de plus à cœur *que de travailler à mettre dans leur pleine lumière les héros des vertus évangéliques afin que tous les fils de l'Eglise militante, ayant sous les yeux la splendeur de leur sainteté, trouvent un soulagement dans les afflictions et les*

tianae perfectionis certamine invitamentum, in omne genus necessitatibus auxilium habeant ac praeterea ex horum caelitum egregie sanctissimeque gestis, omnium admirationi imitationique propositis, hoc vel loculentius enitere diximus, quod in praesenti rerum gravitate spem Nostram, Dei innixam pollicitationibus, acuit ac roborat ; illos idcirco praeclaros caelites exoptare sanctitatis decorare infula ; sed tamen nihil velle ex iis desiderari rebus rationibusque, quibus Apostolica Sedes, ex peculiari more institutoque suo, graves huiusmodi causas expedire solet. Quapropter non ante inviolabile auctoritatis Nostrae oraculum laturos, quam in consistorio semipublico, quod vocant, tum iterum S. R. E. Cardinalium, tum omnium quotquot in Urbe adfuturi sint patriarchae, archiepiscopi, episcopi et Abbates *nullius* sententiam exquisierimus.

Interea singulis eorum reddendos iussimus legitimos commentarios, in quibus Beatorum illorum Andreae Bobola, Ioannis Leonardi et Salvatoris ab Horta vitae curriculum, egregie gesta, ac patrata a Deo eorum deprecatione miracula breviter descripta essent, et acta omnia in eorumdem Beatorum canonizationis Causis notata. Omnes igitur Patres cardinales et antistites illos, ad Nos die trigesima prima proxime elapsi mensis Martii in Consistorio *semipublico* convocatos, allocuti sumus et singulorum sententiam exqui-

---

anxiétés de la vie, un encouragement dans le dur combat pour atteindre la perfection chrétienne, un secours dans les épreuves de tout genre. De plus, de ces actions si remarquables et si parfaites de ces Bienheureux, proposées à l'admiration et à l'imitation de tous, ressort encore clairement, Nous l'avons dit, ce qui, dans la gravité des circonstances présentes, avive et fortifie Notre espérance fondée sur les promesses divines. C'est pourquoi Nous souhaitons glorifier ces illustres habitants des cieux en les parant de l'auréole des saints. Toutefois, Nous tenons à ce que rien ne soit omis dans les actes et la procédure selon lesquels le Saint-Siège, en vertu de sa façon coutumière d'agir et de ses institutions, traite habituellement ces affaires importantes. Dès lors, Nous ne voulions pas promulguer Notre décision irrévocable avant d'avoir, dans le Consistoire appelé *semi-public*, entendu de nouveau l'avis des cardinaux et aussi celui de tous les patriarches, archevêques, évêques et Abbés *nullius* qui se trouveraient à Rome. Entre temps, Nous avons ordonné de remettre à chacun de ces prélats des sommaires approuvés dans lesquels seraient brièvement relatés pour chacun de ces Bienheureux : André Bobola, Jean Leonardi et Salvator d'Horta, sa vie, ses faits remarquables, les miracles accomplis

sivimus, quid de supremis sanctitatis honoribus Beatis illis decernendis sentirent. Quum vero, exceptis adstantium suffragiis, omnes cum Nostra convenire sententia grato animo novissemus, proxima die sollemni Paschatis, decima septima nempe mensis Aprilis, in Petriana basilica triplicem una simul Canonizationem peragere decrevimus. Interea vero Deum Nobiscum rogare omnes adhortati sumus, ut id laboranti Ecclesiae, iis potissimum nationibus novo hoc afficiendis decore, faustum, felix fortunatumque sit.

De quibus omnibus ut publicum conficerent instrumentum, dilectis filiis adstantibus protonotariis apostolicis mandavimus.

Quum autem auspicatissima a Nobis praestituta dies trinae huic canonizationi celebrandae advenerit, universi tum saecularis cum regularis cleri ordines, Romanae Curiae praesules et officiales necnon venerabiles Fratres Abbates, episcopi, archiepiscopi et patriarchae, atque S. R. E. Patres cardinales in Vaticanam Basilicam, innumeris resplendentem lycnis ac splendido ornatam apparatu maximaque christifidelium sti-

---

par Dieu par son intercession ainsi que tous les actes principaux de leurs Causes de canonisation.

Nous avons convoqué en Consistoire semi-public, pour le 31 mars dernier, tous les cardinaux et les prélats dont il a été question. Après Notre allocution, Nous avons demandé à chacun son sentiment au sujet de l'attribution des honneurs suprêmes de la sainteté à ces Bienheureux. Après avoir recueilli les votes des assistants, Nous avons constaté avec un profond plaisir qu'ils concordaient tous avec Notre décision. Nous avons décidé de procéder en même temps à cette triple canonisation en la prochaine solennité pascale, c'est-à-dire le 17 avril, dans la basilique de Saint-Pierre.

En attendant, Nous avons exhorté tous les assistants à prier Dieu avec Nous pour obtenir que cette canonisation soit pour l'Eglise militante, et surtout pour les nations, à qui elle procurera une gloire nouvelle, un événement joyeux, heureux et fécond en bienfaits. Nous avons ordonné à Nos chers Fils les protonotaires apostoliques présents de dresser le procès-verbal officiel de toutes ces choses.

Lorsque arriva le jour si désiré, fixé par Nous pour la célébration de cette triple canonisation, tous les ordres du clergé tant séculier que régulier, les prélats et officiers de la Curie romaine, Nos vénérables Frères les Abbés, évêques, archevêques et patriarches et les cardinaux de la Sainte Eglise Romaine firent avec Nous une entrée solennelle dans la Basilique vaticane, res-

patam frequentia, quos inter plurimi ex Hispania ac Polonia ac plura puellarum Actionis catholicae millia, sollemni pompa una Nobiscum ingressi sunt ; Nos autem ad Cathedram Nostram porreximus ibique sedimus.

Porro dilectus Filius Noster Camillus cardinalis Laurenti, Sacrae Congregationis Rituum Praefectus, trinae huic canonizationi praepositus, per dilectum Filium Augustum Milani, Consistorialis aulae advocatum, *instanter* prius, *instantius* dein ac *instantissime* a Nobis expostulavit, ut beati caelites Andreas Bobola, Ioannes Leonardi et Salvator ab Horta in sanctorum album per certum oraculum Nostrum describerentur. Nos vero, cum tanti ponderis causa ageretur, ad hoc pervenire noluimus, nisi prius supplices ab omnibus Deo preces admoverentur, patrocinio interposito Deiparae Virginis totiusque Curiae caelestis, ut a Paraclito Spiritu supernae lucis copia Nostrae menti affulgeret. Quod quidem ab adstantibus omnibus ferventissime actum est.

Tum demum, omnibus quidem stantibus, Nos vero in Cathedra sedentes, de plenitudine apostolicae potestatis, sollemniter sic pronunciavimus : *Ad honorem Sanctae et Individuae Trinitatis, ad exaltationem Fidei catholicae et chris-*

---

plendissante d'innombrables lumières, magnifiquement décorée, remplie au maximum par une foule de fidèles parmi lesquels plusieurs milliers de jeunes filles de l'Action catholique et de très nombreux pèlerins venus d'Espagne et de Pologne. Nous Nous sommes rendu à Notre trône et y avons pris place.

Alors, Notre cher Fils Camille, cardinal Laurenti, préfet de la Sacrée Congrégation des Rites et procureur de cette triple canonisation, Nous demanda, par l'intermédiaire de Notre cher Fils Auguste Milani, avocat de la Salle consistoriale, d'abord *avec instance*, ensuite *plus instamment* et enfin *très instamment*, d'inscrire par notre sentence suprême et infaillible les bienheureux André Bobola, Jean Leonardi et Salvator d'Horta au Catalogue des saints. Comme il s'agissait d'une affaire de si grande importance, Nous n'avons pas voulu acquiescer à cette demande avant que l'assistance n'eût adressé à Dieu de ferventes supplications appuyées sur le patronage de la Vierge Mère de Dieu et de toute la cour céleste, afin que l'Esprit-Saint, le Paraclet, éclaire Notre esprit de l'abondance de la lumière surnaturelle. Ces supplications furent faites avec grande ferveur par tous les fidèles présents.

Alors, assis dans Notre Chaire, en présence de toute l'assistance debout, Nous avons, en vertu de la plénitude de Notre pouvoir apostolique, rendu solennellement la sentence suivante : *A l'honneur de la sainte et indivisible Trinité, pour l'exaltation*

tianae religionis augmentum, auctoritate Domini Nostri Iesu Christi, beatorum apostolorum Petri et Pauli ac Nostra, matura deliberatione praehabita, et divina ope sæpius implorata, ac de venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. cardinalium, patriarcharum, archiepiscoporum et episcoporum in Urbe existentium consilio ; beatos Andream Bobola martyrem, Ioannem Leonardi et Salvatorem ab Horta, sanctos esse decernimus et definimus, ac sanctorum catalogo adscribimus, statuentes ab Ecclesia Universali illorum memoriam quolibet anno die eorum natali, nempe Andreae Bobola die decima sexta Maii, inter sanctos martyres, Ioannis Leonardi die nona Octobris, et Salvatoris ab Horta die decima octava Martii, inter sanctos confessores non pontifices pia devotione recoli debere. In Nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen.

Qua canonizationis formula a Nobis edita, precibus annuentes dilecti Filii Nostri quem supra memoravimus Camilli Laurenti per praedictum Augustum Milani Nobis porrectis, Decretales hasce Litteras confici expedirique iussimus et de hac ipsa trina canonizatione publicum instrumentum protonotariis apostolicis exarandum mandavimus. Gratias deinde omnipotenti Deo ob tantum beneficium devote

---

de la foi catholique et l'extension de la religion chrétienne, de par l'autorité de Notre-Seigneur Jésus-Christ, des bienheureux apôtres Pierre et Paul et par la Nôtre, après mûre délibération, après avoir souvent imploré le secours divin, et sur l'avis de Nos vénérables Frères les cardinaux de la Sainte Eglise Romaine, des patriarches, archevêques et évêques se trouvant à Rome, Nous décrétons et définissons que les bienheureux André Bobola, martyr, Jean Leonardi et Salvator d'Horta sont saints et Nous les inscrivons au Catalogue des saints ; ordonnant à l'Eglise universelle d'honorer leur mémoire avec piété et dévotion, chaque année au jour anniversaire de leur naissance au ciel, savoir pour André Bobola, le 16 *mai, parmi les saints martyrs ; pour Jean Leonardi, le* 9 *octobre, pour Salvator d'Horta, le* 18 *mars, les deux derniers parmi les saints confesseurs non pontifes. Au nom du Père et du Fils et du Saint-Esprit. Ainsi soit-il.*

Cette formule de canonisation une fois lue par Nous, acquiesçant à la prière que Nous adressait le susdit Auguste Milani, avocat consistorial, au nom de Notre cher Fils le cardinal Laurenti déjà nommé, Nous avons ordonné de rédiger et d'expédier ces Lettres décrétales et Nous avons prescrit aux protonotaires apostoliques de dresser le procès-verbal officiel de cette triple canonisation.

Témoignant au Dieu tout-puissant sa pieuse reconnaissance

peragentes, hymnum *Te Deum*, quem Nos praecinuimus, omnes gaudio exsilientes decantaverunt. Primum deinde novensilium Sanctorum patrocinio invocato, Nos homilia populum allocuti sumus in qua *Haec est dies*, inquimus, *quam fecit Dominus, exultemus et laetemur in ea. Hodie Christus Dominus, devicta morte, aeternitatis nobis aditum reseravit ; hodie militans Ecclesia triumphantis Ecclesiae gaudia effusiore laetitia participat, quod tres e suis civibus, divini Redemptoris vestigia secuti, sanctitudinis sempiternaeque beatitatis compotes inerranti iudicio consecrantur.*

Breve deinde de singulis Sanctis illis praeconium teximus, eorum virtutum laudes recolentes, ut ad ipsorum egregie gesta pro viribus imitenda incendamur : ac tandem verba quae sequuntur in fine adiecimus, quae in Nostris hisce Litteris iterare collubet Nobis : *Tribus in his caelitibus peculiaris videtur Nobis providentissimus Deus benevolentiae dedisse pignus ; quandoquidem iidem — populis in praesens tanto rerum discrimine turbatis — novam Ecclesiae portendunt meliorum temporum spem. Quorum caelitum alterum, Poloniae decus, christiani Orientis et Occidentis unitatem suis precibus imploraturum confidimus, in cuius finibus ipse*

---

pour un si grand bienfait, toute l'assistance chanta avec allégresse le *Te Deum* entonné par Nous. Après avoir ensuite imploré pour la première fois le patronage des nouveaux Saints, Nous avons adressé au peuple une homélie. *Voici le jour*, disions-Nous, *que le Seigneur a fait, exultons et réjouissons-nous. Aujourd'hui le Christ, Notre-Seigneur. vainqueur de la mort, nous a ouvert la porte de l'éternité ; aujourd'hui, avec des transports de joie, l'Eglise militante participe au bonheur de l'Eglise triomphante, parce que trois de ses membres qui suivirent les traces du divin Rédempteur sont déclarés, par une sentence infaillible, possesseurs de la sainteté et de l'éternelle béatitude.* Nous avons ensuite prononcé un bref éloge de chacun de ces Saints, louant leurs vertus afin de nous enflammer du désir d'imiter, dans la mesure de nos forces, leurs remarquables actions. En terminant Notre homélie, Nous avons prononcé les paroles suivantes qu'il Nous plaît de reproduire dans ces Lettres décrétales : *Dans ces trois Saints, il Nous semble que la divine Providence Nous a donné un gage de bienveillance spéciale, puisque ces Saints, alors que les peuples sont troublés par tant de périls, font espérer des jours meilleurs pour l'Eglise. Nous avons l'espoir que l'un d'eux, gloire de la Pologne, implorera par ses prières l'union de l'Orient et de l'Occident chrétiens, lui qui gagna à leurs frontières la palme du martyre ; qu'un autre obtiendra pour la catholique Espagne, avec*

martyrii palmam promeruit ; alterum catholicae Hispaniae, pace tandem concordiaque redintegrata, vigentiora christianae vitae opera conciliaturum ; alterum denique sacris Missionalium expeditionibus uberiora usque incrementa deprecaturum, quas ipsemet indefaticabili studio suasit atque provexit. Benignissime iidem patriam quisque suam respiciant ; suaque tutela efficiant ut, — errorum colluvione prohibita, quae ima Civitatis fundamenta subruens atque corrumpens, populos in barbariem veterem detrudere conatur — nostra quoque aetate eaedem nationes validissima exstent catholicae religionis civilisque cultus propugnacula. Itemque Ecclesiam universam benevolenti vultu respiciant, atque una simul comprecando a Deo impetrent, ut ejus ductu e praesentibus tempestatibus victrix emergens, novos agat triumphos, omnesque gentes ad unum Iesu Christi ovile feliciter reducat. Amen.

Qua homilia a Nobis habita, apostolicam benedictionem et plenariam admissorum indulgentiam adstantibus peramanter impertivimus atque post pontificale Sacrum, quod venerabilis Frater Noster Ianuarius S. R. E. cardinalis Granito Pignatelli di Belmonte, episcopus Ostiensis et Albanensis, Sacrique Collegii Decanus, rite persolvit, e superiori podio S. Petri plateam prospiciente sollemnem immenso adstanti

---

le retour de la paix et de la concorde, des œuvres encore plus vigoureuses de vie chrétienne ; que le troisième, enfin, priera pour un plus grand développement des Missions catholiques dont il fut l'infatigable inspirateur et promoteur. Que chacun d'entre eux jette un regard bienveillant sur sa patrie ; que leur intercession obtienne, qu'après avoir vaincu la bourrasque d'erreurs qui en bouleversant et en détruisant les fondements de la Cité, tendent à faire retomber les peuples dans l'antique barbarie, ces mêmes nations soient aujourd'hui encore les bastions avancés de la religion chrétienne et de la civilisation. Qu'ensuite ces nouveaux Saints regardent aussi avec bienveillance l'Eglise tout entière et demandent à Dieu, dans une commune prière, que, sous sa conduite, elle sorte victorieuse des tempêtes présentes, qu'elle remporte de nouveaux triomphes et conduise heureusement tous les peuples à l'unique bercail du Christ. Ainsi soit-il.

Cette homélie achevée, Nous avons donné aux assistants la Bénédiction apostolique et accordé avec grande bienveillance l'indulgence plénière pour les péchés. A l'issue de la messe pontificale célébrée par Notre vénérable Frère Janvier, cardinal Granito Pignatelli di Belmonte, évêque d'Ostie et Albano et doyen du Sacré-Collège, du balcon supérieur de la basilique de Saint-Pierre, dominant la place, Nous avons de nouveau donné à l'im-

populo, nec non *Urbi et Orbi*, benedictionem ac plenariam indulgentiam iterum impertivimus.

Praeclara itaque novensilis sancti Andreae Bobola apostolicis his Decretalibus Litteris consecrata memoria, omnibus quae inspicienda erant bene perpensis, certa scientia, omnia et singula quae supra memoravimus, de apostolicae potestatis plenitudine iterum confirmamus, roboramus, statuimus, decernimus universaeque Ecclesiae Catholicae denunciamus. Mandamus insuper ut earumdem Litterarum transumptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii apostolici subscriptis et sigillo munitis, eadem prorsus habeatur fides, quae, hisce praesentibus haberetur, si ipsaemet exhibitae vel ostensae forent. Si quis vero Decretales has Litteras Nostras definitionis, decreti, adscriptionis, mandati, statuti et voluntati Nostrae infringere vel eis ausu temerario, quod Deus avertat, contraire aut attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo trigesimo octavo, die decima septima

---

mense multitude présente, et aussi à la Ville de Rome et au monde entier la Bénédiction et l'indulgence plénière.

Après avoir consacré par ces Lettres décrétales la mémoire illustre de ce nouveau Saint, André Bobola, et après avoir bien pesé tout ce qu'il y avait lieu de considérer, de science certaine, de par la plénitude du pouvoir apostolique, à nouveau Nous confirmons, validons, établissons, décrétons et faisons connaître à toute l'Eglise catholique, toutes et chacune des choses que Nous avons mentionnées ci-dessus.

Nous prescrivons en outre que les copies même imprimées de ces Lettres, mais pourvues cependant du sceau et de la signature manuelle d'un notaire apostolique, obtiennent exactement le même crédit que celui qui serait accordé aux présentes Lettres, si elles étaient présentées ou montrées. Mais si quelqu'un osait enfreindre ou par une audace téméraire — ce que Dieu daigne écarter — s'opposer ou porter atteinte aux Lettres décrétales de cette canonisation que Nous avons définie, décrétée, déclarée, prescrite, ordonnée et voulue, qu'il sache qu'il encourra la colère du Dieu tout-puissant et celle des bienheureux apôtres Pierre et Paul.

Donné à Rome, près Saint-Pierre, l'an du Seigneur 1938, le 17 avril, dimanche de la Résurrection de Notre-Seigneur, la dix-septième année de Notre Pontificat.

Moi PIE, *Evêque de l'Eglise catholique.*

mensis Aprilis, Dominica Resurrectionis D. N. I. C., Pontificatus Nostri anno decimo septimo.

Ego PIUS, *Catholicae Ecclesiae Episcopus.*

. . . .

. . . .

FR. TH. PIUS, *O. P.*, card. BOGGIANI,
Cancellarius S. R. E.

CAROLUS card. SALOTTI,
S. R. C. Præfectus.

JOSEPH WILPERT, *Decanus Collegii Pronot. Apost.*

LUDOVICUS KAAS, *Proton. Apost.*

Suivent ensuite les signatures des cardinaux-évêques, des cardinaux-prêtres, des cardinaux-diacres de la Curie romaine.

FR. THOMAS PIE, O. P., cardinal BOGGIANI,
Chancelier de la Sainte Eglise Romaine.

CHARLES, cardinal SALOTTI,
Préfet de la S. C. des Rites.

JOSEPH WILPERT, *doyen du Collège des Protonotaires apost.*

LOUIS KAAS, *Protonotaire apostolique.*

LITTERAE DECRETALES

Beato Ioanni Leonardi, Clericorum Regularium Matris Dei Congregationis fundatori, sanctorum honores decernuntur (1).

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

Sanctorum Mater Ecclesia gaudet nova semper sanctitatis lumina in domo Dei accendere eaque super candelabrum ponere ad exemplar et solacium iustorum, qui, suam cum Christo crucem laeti portantes, impiorum hominum ludibria et aliquando tormenta quoque forti animo perferunt. Hodie quidem quam maxime necesse est fideles omnes, in primis

---

LETTRES DECRETALES

Les honneurs des saints sont accordés au bienheureux Jean Leonardi, fondateur de la Congrégation des Clercs Réguliers de la Mère de Dieu.

PIE, EVEQUE

SERVITEUR DES SERVITEURS DE DIEU

Pour perpétuelle mémoire.

L'Eglise, Mère des saints, se réjouit de pouvoir allumer dans la maison de Dieu de nouveaux flambeaux de sainteté, et de les placer « sur le chandelier » pour l'exemple et la consolation des justes qui, portant joyeusement leur croix avec le Christ, supportent avec une âme courageuse les moqueries et même parfois les mauvais traitements des impies. Dans les temps actuels, il est souverainement nécessaire que tous les fidèles, et tout d'abord

(1) *A. A. S.*, t. XXX, 1938, pp. 369-380.

sacerdotes, apostolico zelo ardescere, ut dominicus grex, tot tantisque insidiosis deceptus erroribus et mundanis adlectus vanitatibus, ad salutaria pascua reducatur.

Divinum hunc ignem in suo corde aluit humilis Dei Servus Ioannes Leonardi Sacerdos, illumque longe lateque in Italia et in hac ipsa Urbe diffudit, sexto decimo saeculo, non uno nomine saeculo nostro, ob innumeros quibus inficiabatur turbulentos errores atque subdolas haereses, simillimo. Nos vero benignissimo Domino Nostro Iesu Christo, cuius vices licet immerito in terris gerimus, ex imo corde grates agimus, quod inter quotidianas sollicitudines doloresque non mediocres ad supremos Caelitum honores Nobis hodie evehere concessit Beatum Ioannem Leonardi, qui, ardentissimo domus Dei zelo accensus, Philippi Nerii, magni Urbis apostoli, vestigia persequutus, in cleri populique vitam sacrosancti Tridentini Concilii reformatorem spiritum assidue transfundere nisus est et per regularem Clericorum a se familiam institutam in posteritatem adhuc transfundit. Decimi ille, quod est dioecesis Lucensis oppidulum, anno millesimo quingentesimo quadragesimo tertio natus, pueritiam et adulescentiam innocenter transegit, eximiae virtutis

---

les prêtres, soient enflammés de zèle apostolique pour ramener aux pâturages vraiment salutaires le troupeau du Seigneur, trompé par tant et de si insidieuses erreurs, et séduit par les vanités du monde.

Ce feu divin du zèle, l'humble prêtre et serviteur de Dieu, Jean Leonardi l'entretint dans son cœur et le répandit dans toutes les directions en Italie et à Rome même. Il le fit en ce XVI[e] siècle, si semblable au nôtre par les hérésies hypocrites, par les innombrables et turbulentes erreurs qui l'infestèrent. Quant à Nous, c'est du plus profond de Notre cœur que Nous rendons grâces au très bon Sauveur, Notre-Seigneur Jésus-Christ, dont, quoique indigne, Nous tenons la place sur terre, de Nous accorder aujourd'hui, au milieu des sollicitudes quotidiennes et de grandes souffrances, la faveur d'élever aux honneurs suprêmes des saints, le bienheureux Jean Leonardi. Animé du zèle le plus ardent pour la gloire de la Maison de Dieu et marchant sur les traces du grand apôtre de la ville de Rome, saint Philippe Néri, Jean Leonardi s'efforça de faire pénétrer assidûment, dans les mœurs du clergé et du peuple chrétien, l'esprit de la réforme du saint Concile de Trente. Par l'Ordre régulier des Clercs fondé par lui, il continue encore, sur les générations actuelles, cette action réformatrice. Il naquit en 1543, à Diecimo, petite ville du diocèse de Lucques. Son enfance et son adolescence s'écoulèrent dans l'inno-

coaequalibus praelucens exemplo. Sex et viginti annos natus ad clericalem militiam a Deo vocatus, inter pueros publicas scholas frequentare non erubuit, ut humaniores litteras addisceret ; deinde per quatuor annos ad philosophicas ac theologicas disciplinas tam sedulo incubuit, ut dignus visus sit qui ad sacros ordines promoveretur. Sacrum primum autem litavit Lucae anno millesimo quingentesimo septuagesimo tertio, die Epiphaniae Domini dicata.

Sacerdotio auctus, probe noscens in Lucensi quoque civitate sicuti passim alibi per ea tempora, valde corruptos esse mores et, accedentibus civilibus odiis vulgatisque ab Ochino aliisque haeresiarchis erroribus, una cum morum collapsu fidem etiam et pietatem non parum frigescere, aeternae proximi salutis studiosissimus, gravissima concionatoris et confessarii munera tanto animi ardore obivit, ac tam uberi animarum fructu, ut eum cum maximis saeculi illius apostolis comparari fas sit. Permagni autem habebat teneros puerorum animos, antequam vitia inolescerent, christianis praeceptis imbuere ; vagos idcirco horum greges undique in ecclesiam accitos, sacrae doctrinae rudimenta docere coepit ;

---

cence, donnant déjà de la sorte, à ses compagnons, l'exemple d'une vertu remarquable. A l'âge de 26 ans, appelé par Dieu à la vie sacerdotale, Jean Leonardi ne rougit pas de suivre les cours de l'école publique au milieu des enfants, pour acquérir la connaissance des lettres ; il s'adonna ensuite durant quatre ans à l'étude de la philosophie et de la théologie. Il le fit avec tant d'assiduité et de succès qu'il fut jugé digne de recevoir les ordres sacrés. Et c'est à Lucques, le jour de l'Epiphanie de l'année 1573, qu'il offrit pour la première fois le Saint Sacrifice de la messe.

Prêtre, Leonardi savait fort bien que dans la ville de Lucques, comme d'ailleurs ici et là, à cette époque, les mœurs étaient fort corrompues. Cette corruption des mœurs à laquelle s'ajoutaient les discordes et les haines civiles ainsi que les erreurs répandues par *Bernard Ochino* et d'autres hérésiarques, avaient beaucoup affaibli la foi et refroidi la piété chrétienne. Très désireux du salut éternel des âmes, Jean Leonardi s'adonna au ministère de la prédication et de la confession avec tant d'ardeur et obtint des résultats si abondants qu'on est en droit de le comparer aux plus illustres hommes apostoliques de son siècle. Il avait surtout à cœur de former à la vie chrétienne, avant que les vices ne les aient envahies, les âmes si délicates des enfants. Il commença donc à réunir dans les églises des groupes d'enfants rencontrés ici et là pour leur apprendre les rudiments de la religion. Leonardi associa bientôt à cette œuvre des jeunes gens choisis,

iuvenes quin etiam delectos operi admovit, et ita Societatem a doctrina christiana primum Lucae instituit. Anno autem millesimo quingentesimo septuagesimo quarto novae Clericorum familiae fundamenta iecit, eamque a Sanctissima Dei Matre, quam tenerrimo prosequebatur amore, nuncupavit. Illa porro auctoris sui menti vostisque respondens, uberrimos brevi tempore fructus edidit ; per ipsius igitur apostolicos labores in Lucensi urbe refloruisse visa est primaeva christianorum disciplina. Sed vaferrimus humani generis hostis, tot sibi extorqueri praedas acerbe ferens, contra enascentem et in dies succrescentem societatem eiusque potissimum conditorem turbulentissimam excitavit tempestatem tum ex nonnullorum Lucae procerum parte, qui nihil non sunt moliti ut illam saevissimis insectationibus radicitus subverterent, tum ex aliquot ipsorum sodalium parte, qui, gravibus excitatis dissensionibus, filios a parente divellere conati sunt. Septies Ioanni intentatae necis periculum imminuit, neque illi defuit calumniarum amaritudo, quibus eius adversarii ecclesiasticos praepositos circumvenire ipsique Summo Pontifici eum in suspicionem adducere ausi sint.

Ioannes vero, Dei tantum fretus auxilio, et lubenti animo

---

et de la sorte il institua, à Lucques tout d'abord, la Société de la Doctrine chrétienne. En 1574, il posa les fondements d'une nouvelle famille de Clercs qu'il dénomma *de la Très Sainte Mère de Dieu* à cause du tendre amour qu'il avait pour Marie. L'Institut répondant fidèlement à l'esprit et aux désirs de son fondateur produisit en peu de temps les fruits les plus abondants. Grâce à son labeur apostolique, on vit refleurir au sein de la ville de Lucques la ferveur des premiers chrétiens. Mais le cruel ennemi du genre humain, supportant difficilement la perte de ses nombreuses conquêtes, souleva contre l'Institut naissant, et de jour en jour plus prospère, et surtout contre son fondateur, Jean Leonardi, une violente tempête. Cette tempête fut excitée d'abord par quelques citoyens notables de Lucques qui, par tous les moyens, s'efforcèrent dans de violentes attaques de détruire à fond le nouvel Institut ; ensuite par quelques membres de l'Institut lui-même : ayant suscité de profondes dissensions, ils essayèrent de détacher les fils de leur père. Jusqu'à sept fois, Jean Leonardi connut le danger d'attentats à sa vie. Il savoura la souffrance amère des calomnies par lesquelles ses adversaires essayèrent de circonvenir ses supérieurs ecclésiastiques et de le rendre suspect au Souverain Pontife lui-même.

Aidé uniquement par la grâce de Dieu, heureux de souffrir pour

ferens quidlibet acerbitatis pro Christi nomine pati, in tanta calamitate perferenda miram per plurimos annos exhibuit firmitatem et patientiam, ac tandem caritate maxime et lenitate infensissimos sui sodalicii osores non solum domuit, sed sibi plures amicos quoque reddidit. Interea, sedato turbine, a fel. rec. Gregorio Tertiodecimo, Praedecessore Nostro, benignissime Romae exceptus, suae Congregationis confirmationem impetravit, eiusque constitutiones Clemens Octavus, et ipse Antecessor Noster, Apostolicis Litteris *Ex quo,* tertiadecima die mensis Octobris, anno millesimo quingentesimo nonagesimo quinto datis, adprobavit et Ordinem insignibus cumulatum beneficiis sub peculiari S. Sedis protectione perpetuo esse permansurum decrevit.

Romae degens Ioannes arctam cum Sancto Philippo Nerio necessitudinem contraxit illumque suae conscientiae moderatorem voluit ; eius ope anno millesimo quingentesimo undenonagesimo suum cum aliquot iuvenibus sociis apud se studiorum causa advocatis in venerabili domo, S. Hieronymi a Caritate vulgo nuncupata, domicilium fixit, multos et graves pro Dei gloria et animarum salute labores suscipere non recusavit et sancti Philippi, qui eum adhuc viventem sanctum appellare non dubitavit, se inter Romanos socium dedit apostolatus.

---

le nom du Christ ce que la persécution avait de plus pénible, Jean Leonardi montra dans cette si grande épreuve pendant plusieurs années une force et une patience admirables. Enfin, avant tout par sa charité et par sa douceur, non seulement il triompha des ennemis les plus acharnés contre son Institut, mais même il se fit de plusieurs d'entre eux de véritables amis. Entre temps, l'orage une fois apaisé, Leonardi fut accueilli avec grande bonté à Rome par Notre prédécesseur d'heureuse mémoire, Grégoire XIII, dont il obtint la confirmation de son Institut. Par les Lettres apostoliques *Ex quo,* en date du 13 octobre 1595, Notre prédécesseur Clément VIII approuva ensuite les Constitutions. Il décida en outre que cet Institut, comblé de faveurs insignes, serait désormais et pour toujours sous la protection spéciale du Saint-Siège.

Durant son séjour à Rome, Jean vécut dans une étroite intimité avec saint Philippe Néri, et il voulut l'avoir comme directeur de conscience. Grâce à Philippe Néri, en 1589 il prit domicile, avec quelques jeunes compagnons appelés près de lui pour leurs études, dans la vénérable maison appelée vulgairement Saint-Jérôme de la Charité. Pour la gloire de Dieu et le salut des âmes, il n'hésita pas à accepter de lourds travaux et il se fit, au sein de la ville de Rome, le compagnon de l'apostolat de saint Philippe

Interea tum Sancta Sedes tum plures Sacrorum Antistites, cognita ipsius in arduis susceptis negotiis alacritate, illisque tractandis conficiendisque dexteritate, ad graves relevandas componendasque quaestiones eum adhibuerunt : ita Summi Pontificis auctoritate fultus, difficillimam inter Nolanum episcopum et procerem Neapolitanum rem composuit, Congregationem Montis Virginis aliasque religiosas familias reformandas suscepit, nec ullis curis neque molestiis periculisque deterritus est, quin commisso sibi muneri magna cum omnium utilitate et assensu satisfaceret.

Suum autem suique Instituti inter rudes et agrestes potissimum homines apostolatum, quem hucusque impenso gessit studio, ad plurimas in dissitis regionibus gentes adhuc Evangelii lumine carentes secum animo cogitabat extendere, sed divinae acquievit voluntati, quam a sancto Philippo Nerio intellexit, se nempe suumque Ordinem ad Italiae praecipue populos evangelizandos et in fide roborandos vocari. Attamen aliquam infidelibus opem afferre voluit, quod quidem maxime in Servi Dei laudem vertere videtur. Initis itaque cum cl. m. Ioanne Baptista Vives Praesule, catholicae rei et ipso

---

qui n'hésita pas à lui donner, même vivant, le nom de saint.

Entre temps, et le Saint-Siège et de nombreux laïques qui connaissaient son activité énergique dans les affaires ardues qu'il entreprenait, son habileté pour les conduire et les terminer, eurent recours à lui pour aplanir et arranger d'importantes difficultés.

C'est ainsi que, nanti de l'autorité du Souverain Pontife, il aplanit un conflit très aigu entre l'évêque de Nôle et le gouvernement de Naples. Il entreprit la réforme de la Congrégation bénédictine de *Monte Vergine* et d'autres familles religieuses. Ni une considération humaine, ni les ennuis, ni les périls ne pouvaient l'empêcher d'accomplir pour le plus grand bien et avec l'approbation de tous le mandat qui lui avait été confié.

Jusqu'alors, Jean Leonardi, avec un zèle ardent, avait orienté son propre apostolat et celui de son Institut surtout vers l'évangélisation des populations assez frustes de la campagne, mais il songeait aussi à l'étendre à la plupart des peuples des nations lointaines encore privées de la lumière de l'Evangile. Il se soumit cependant à la volonté de Dieu qui lui fut révélée par Philippe Néri, à savoir que Dieu l'appelait, lui et son Institut, à évangéliser principalement les populations de l'Italie et à les fortifier dans leur foi. Mais toutefois, et cela ne peut que tourner à la louange du serviteur de Dieu, il voulut contribuer en quelque façon au salut des infidèles. Après donc en avoir conféré avec l'illustre évêque Jean-Baptiste Vivès, lui-même dévoré de zèle

studiosissimo, consiliis, presbyterorum collegium Romae instituit, quibus id unum esset propositum delectos iuvenes, ex universi catholici orbis nationibus advocatos, sacris disciplinis instituere et erudire, inter infideles deinde suae nationis populos mittendos ad catholicum nomen prolatandum. Quae quidem prima fuit origo Collegii urbani *de Propaganda Fide* quod a Romanis Pontificibus Antecessoribus Nostris et a Nobis ipsis impensa curisque innumeri amplificatum, ad nobilissimum ac saluberrimum suum finem consequendum quam maxime inservit.

Tot inter tantasque sacri ministerii curas, et opera, quibus explendis Dei Famulus ullam fere sibi quietis partem neque diurnae neque nocturnae permittebat, plures de re dogmatica, exegetica, morali conscripsit libros, quorum aliquot tantummodo, sed cuilibet hominum conditioni et statui accommodatissimi et animarum saluti perutiles, in vulgus editi sunt.

Laborum tandem magis quam annorum pondere fractus, virtutum omnium copia et sanctitatis fama conspicuus, atque non paucis quoque miraculis clarus, Romae, in domo Sanctae Mariae in Porticu, nuper viae ampliandae causa diruta, in

---

pour la religion catholique, Jean établit à Rome un collège de prêtres qui auraient comme unique but de former aux disciplines sacrées et d'instruire des jeunes gens choisis, recrutés dans toutes les nations du monde catholique et qui, ensuite, seraient envoyés au milieu de leurs concitoyens infidèles pour leur enseigner la religion catholique. Ce fut là la première origine du collège urbain *De Propaganda Fide :* collège qui fut développé, avec des frais et des soins exceptionnels, par les Pontifes romains Nos prédécesseurs, et par Nous-même, et qui réalise si bien le but si noble et si salutaire pour lequel il fut institué.

Au milieu de soucis si nombreux et si importants qui lui venaient de son saint ministère, malgré les travaux dont l'accomplissement ne lui permettait presque pas de se reposer ni le jour ni la nuit, le serviteur de Dieu composa plusieurs ouvrages dogmatiques, exégétiques et de théologie morale dont seulement un certain nombre furent édités, ceux précisément qui sont le plus adaptés à toutes les conditions et à tous les états et les plus utiles au salut des âmes.

Brisé enfin par le poids des travaux plus que par celui des années, illustre parce qu'il possédait toutes les vertus et jouissait de la réputation d'un saint, célèbre aussi par plusieurs miracles qu'il avait accomplis, Jean Leonardi mourut doucement, le 9 octobre 1609, à Rome, sur la cendre et le cilice, dans la

quam suae Congregationis paucos ante annos sedem transtulit, in cinere et cilicio, placidissime in Domino obdormivit, nona die Octobris mensis, anno a Christo nato millesimo sexcentesimo nono.

Emortuum corpus, in ecclesia illa expositum, ibique, post sollemnia parentalia magna cum populi romani frequentia celebrata, tumulatum fuit, indeque anno millesimo sexcentesimo sexagesimo secundo in novam ecclesiam Sanctae Mariae in Porticu, vulgo *in Campitelli*, translatum est ibique conditum.

De Servi Dei sanctitatis fama, quam ille adhuc vivens iure meritoque sibi conciliaverat, post beatissimum eius exitum, accedentibus praesertim haud paucis prodigiosis morborum sanationibus, Servi Dei nomine invocato, a Deo uti ferebatur impetratis, ita increbuit, ut de Caelitum honoribus eidem tribuendis cogitatum sit. Iudicialibus igitur requisitis actis rite praemissis, apud Sacram Rituum Congregationem de Famuli Dei beatificatione et canonizatione causa agitari coepta est et anno millesimo septingentesimo quinquagesimo sexto, die septima et vicesima Decembris mensis, fel. rec. Benedictus Quartusdecimus de venerabilis Ioannis Leonardi virtutibus in gradu heroici exercitis constare decrevit.

Bina deinde, post tamen longum temporis spatium, pers-

---

maison de Sainte-Marie *in Portico* (plus tard Sainte-Galla), récemment détruite en raison de l'élargissement de la rue. Peu d'années auparavant, il y avait transféré le siège de son Institut.

Le corps du Bienheureux, exposé dans cette église, y fut inhumé après des funérailles solennelles auxquelles prit part une grande partie du peuple romain. En 1662, on le transporta et on l'ensevelit dans la nouvelle église Sainte-Marie *in Portico*, appelée Sainte-Marie *in Campitelli*.

Durant sa vie, déjà, le serviteur de Dieu avait à bon droit mérité d'être regardé comme un saint. Mais après sa bienheureuse mort, grâce surtout aux nombreuses guérisons miraculeuses obtenues de Dieu par son intercession à ce que l'on disait, ce renom de sainteté grandit au point que l'on songea à lui faire décerner les honneurs des saints. Après donc que furent terminés tous les actes judiciaires prescrits par le droit, la cause de béatification et de canonisation du serviteur de Dieu fut introduite et instruite auprès de la Sacrée Congrégation des Rites.

Le décret constatant l'héroïcité des vertus du vénérable Jean Leonardi fut signé et publié le 27 décembre 1757 par le Pape Benoît XIV d'heureuse mémoire.

tricte discussa sunt miracula, tertio vero *ob praecipuas ac extraordinarias circumstantias in hanc Causam concurrentes* a s. m. Leone Pp. Duodecimo rite dispensato, quae, venerabilis Servi Dei ope implorata, a Deo patrata dicebantur ; quorum alterum, de subita nempe perfectaque sanatione *Mariae Angelae Aloisi a diuturno desperatoque aneurysmate in praecordiis,* Decreto anno millesimo octingentesimo trigesimo secundo a s. m. Gregorio Sextodecimo die decima sexta Decembris edito, adprobatum est ; alterum vero, de instantanea perfectaque sanatione *Francisci Mariae Febei a gangraena spontanea livescentibus notata stigmatibus,* quod Decreto anno millesimo octingentesimo sexagesimo primo, die quinta Februarii s. m. Pius Papa Nonus verum prodigium edixit. Paullo vero post, die nempe nona Iulii eodem anno, praemisso, uti de more, Decreto, quod *de tuto* dicitur, per Apostolicas Litteras Venerabilem Dei Famulum Ioannem Leonardi Beatum declaravit ; et Beatificationis sollemnia insequentis mensis Novembris die decima in Patriarchali Basilica Vaticana maximo cum apparatu et populi frequentia celebrata sunt.

Exinde fidelium erga novensilem Beatum pietas ac devotio magis in dies augebatur, atque Romae praesertim ad eius sepulcrum vehementiores porrigebantur preces ac debitae

---

Ensuite, mais cependant longtemps après, furent très rigoureusement examinés deux miracles que l'on disait avoir été obtenus par l'intercession du vénérable serviteur de Dieu. Le Pape Léon XII, de sainte mémoire, avait accordé la dispense du troisième miracle à cause des circonstances extraordinaires et remarquables intervenant dans cette Cause. Le premier des deux miracles, à savoir *la guérison instantanée et parfaite de Marie-Angèle Aloïsi d'un anévrisme ancien et désespéré aux entrailles, fut approuvé par décret du Pape Grégoire XVI, de sainte mémoire, le* 16 *décembre* 1832. Le second *fut la guérison subite et totale de François-Marie Febéi d'une gangrène à taches noirâtres.* Le Pape Pie IX, de sainte mémoire, reconnut le fait comme miraculeux par son décret du 5 février 1861. Et peu de temps après, à savoir le 9 juillet de la même année, après avoir approuvé et publié le décret dit *de tuto* par Lettres apostoliques, Pie IX proclama Bienheureux le vénérable serviteur de Dieu Jean Leonardi. Les solennités de la béatification furent célébrées en grande pompe, avec une affluence extraordinaire de fidèles, dans la basilique patriarcale du Vatican, le 10 novembre de la même année 1861.

Dans la suite, la piété et la dévotion des fidèles envers le nouveau Bienheureux grandissaient de jour en jour. A Rome sur-

pro beneficiis acceptis grates persolvebantur. Quibus cum quaedam per insignes eius intercessione accessissent sanationes, quae certos miraculi characteres habere viderentur, iustas Nobis et Sedi Apostolicae petitiones obtulerunt non solum Congregationis Clericorum Regularium a Matre Dei moderatores et sodales, sed plures quoque Sacrorum Antistites, in primis venerabilis Frater Noster Franciscus S. R. E. cardinalis Marchetti Selvaggiani, Noster Urbis Vicarius, et venerabilis Frater Antonius Torrini, archiepiscopus Lucanus, ut Beati illius Causa apud Sacram Rituum Congregationem resumeretur.

Quibus precibus Nos lubenti animo annuentes die tertia Februarii mensis anno millesimo nongentesimo trigesimo quarto reassumptionis causae Commissionem manu Nostra signavimus,

Instructi sunt itaque super assertis novis miraculis Processus Apostolici, duoque prodigia Sanctae Sedis iudicio ad Canonizationem assequendam sunt proposita.

Mira sanatio priori loco discussa sacerdotem Ianuarium Nappi, S. Tryphonis in oppido *Marzano* dioecesis Nolanae parochum, respicit. Is pluribus ab annis varicoso ulcere in sinistro crure molestissime vexabatur, quod, etsi plures con-

---

tout, auprès de son tombeau, on lui adressait les prières les plus instantes comme aussi de justes actions de grâces pour les bienfaits reçus. Au nombre de ces faveurs, se trouvaient quelques guérisons très remarquables obtenues par son intercession. Elles paraissaient présenter les caractères de véritables miracles. C'est pourquoi les supérieurs et les religieux de la Congrégation des Clercs réguliers de la Mère de Dieu, et avec eux plusieurs évêques, en particulier Notre vénérable Frère François cardinal Marchetti-Selvaggiani, Notre Vicaire pour Rome, et Notre vénérable Frère Antoine Torrini, archevêque de Lucques, Nous adressèrent, ainsi qu'au Siège apostolique, de légitimes suppliques en vue de la reprise de la cause du Bienheureux auprès de la Sacrée Congrégation des Rites.

Accueillant très volontiers ces suppliques, Nous avons signé de Notre propre main la Commission pour la reprise de cette Cause le 3 février 1934. On instruisit les procès apostoliques au sujet des nouveaux miracles proposés, et deux guérisons miraculeuses furent soumises, en vue de la canonisation, au jugement du Saint-Siège.

La première guérison discutée concerne le prêtre Janvier Nappi, curé de Saint-Tryphon, à Marzano, paroisse du diocèse de Nôle. Ce prêtre souffrait cruellement, depuis plusieurs années, d'un

sulti medici et varia adhibita sunt medicamenta, insanabile evasit. Verum quodam vespere Septembris mensis anno millesimo nongentesimo trigesimo primo sacerdos ille, animo demissus, doloris pertaesus et quietem ad quam cogebatur fastidiens, Beati Ioannis ope ferventissime invocata et ad infirmum arctum eius imagine apposita, ulcus, ad cicatricem noctu perductum, sequenti mane perfecte sanatum invenit, numquam exinde renovatum.

Altera sanatio in puero Victorio, Aloisii Lamberti filio, Neapoli, anno millesimo nongentesimo vigesimo sexto evenit. Puer iste, nondum trimulus, die ultima Ianuarii mensis hoc anno, gravissima osteomyelite phlegmonosa septica correptus est. Cum nihil profuisset chirurgica sectio morbusque in peius rueret, parentes et consanguinei, qui ab ipso morbi initio Beati Ioannis Leonardi patrocinium invocaverant, supplices geminabant preces ; neque incassum felicique sane exitu. Dum enim nona die Februarii medici, qui in consilium convenerant, nullam superesse sanationis spem edixerunt, puerulusque fere in eo erat ut animam exhalaret, postridie mane ab ipsis medicis sanatus inventus est, qui una cum tribus aliis peritis ex officio advocatis miraculum conclamarunt.

---

ulcère variqueux à la jambe gauche. Quoiqu'il eût consulté de nombreux médecins et essayé divers remèdes, cet ulcère était devenu incurable. Or, en 1931, dans un après-midi du mois de septembre, découragé, fatigué par la souffrance, ennuyé de se voir réduit à l'impuissance, ce prêtre invoqua avec grande ferveur le secours du bienheureux Jean Leonardi et appliqua son image sur la partie infirme de sa jambe. Durant la nuit, l'ulcère se cicatrisa, et Janvier Nappi le trouva complètement guéri le matin suivant. Depuis lors, jamais cet ulcère n'a reparu.

La deuxième guérison est celle du petit Victor, fils de Louis Lamberti. Elle eut lieu à Naples en 1926. N'ayant pas encore trois ans, cet enfant fut atteint, le 31 janvier 1926, d'une très grave ostéomyélite phlegmoneuse septique. Une opération chirurgicale n'amena aucune amélioration ; la maladie s'aggrava. Les parents et les proches, qui d'ailleurs, dès le début du mal, avaient invoqué l'intervention du bienheureux Jean Leonardi, multipliaient leurs prières. Ce ne fut pas en vain, comme le montra l'heureuse issue de la maladie. En effet, alors que le 9 février les médecins réunis en consultation déclaraient qu'il n'y avait plus aucun espoir de guérison et que le petit malade semblait sur le point de rendre son âme à Dieu, le lendemain matin ces médecins trouvaient le petit Victor complètement guéri Aussi

De utraque hac mira sanatione ter, uti de iure, disceptatum est ; ac demum a Nobis Decreto vicesima die mensis Februarii decurrentis annis edictum est : *Constare de duobus miraculis, a Deo per Beati Ioannis Leonardi intercessionem patratis, nempe de instantanea perfectaque sanatione tum Sacerdotis Ianuarii Nappi ab ulcere varicoso cruris sinistri, cum pueri Victorii Lamberti ab osteomyelite phlegmonosa septica femoris sinistri.*

Deinceps, generali coetu coram Nobis die subsequentis mensis Martii octava convocato, Causae ponente seu relatore dilecto Filio Nostro S. R. E. cardinale Raphaele Carolo Rossi, dubium propositum est discutiendum : An, sante approbatione duorum miraculorum, post indultam Beato Ioanni Leonardi ab Apostolica Sede venerationem, *tuto* procedi possit ad sollemnem ipsius canonizationem. Unanimi vero tum Patrum cardinalium tum praelatorum et consultorum suffragio excepto, Nos, maius a Deo lumen impetraturi, sententiam Nostram ad proximam tertiadecimam diem, dominicam secundam Quadragesimae edere distulimus. Qua die, ad Nos accitis dilectis Filiis Nostris cardinalibus Camillo Laurenti, S. Rituum Congregationis praefecto ac

---

avec trois autres docteurs choisis d'office pour examiner cette guérison, ils la proclamèrent miraculeuse.

Par trois fois, comme cela est prescrit, on discuta de ces deux guérisons merveilleuses, et enfin, le 20 février de la présente année 1938, Nous promulgâmes le décret déclarant qu'*il constait de deux miracles obtenus de Dieu par l'intercession du bienheureux Jean Leonardi, à savoir : de la guérison instantanée et parfaite du prêtre Janvier Nappi d'un ulcère variqueux à la jambe gauche, et de celle de l'enfant Victor Lamberti d'une ostéomyélite phlegmoneuse septique au fémur gauche.*

Ensuite, dans la Congrégation générale tenue en Notre présence le 8 mars suivant, où Notre cher Fils le cardinal Raphaël-Charles Rossi remplissait les fonctions de ponent ou rapporteur de la Cause, on proposa à l'examen de l'assemblée le doute suivant : *Est-ce que, étant donnée l'approbation des deux miracles, après les honneurs liturgiques des bienheureux accordés au vénérable Jean Leonardi par le Saint-Siège, on pouvait en toute sûreté procéder à sa canonisation solennelle ?* Ayant recueilli un vote affirmatif unanime, soit des cardinaux, soit des prélats et consulteurs, Nous avons cependant Nous-même renvoyé Notre décision au 13 du mois de mars, IIe dimanche de Carême, pour implorer davantage encore les lumières de Dieu. Ce jour-là, ayant appelé auprès de Nous Nos chers Fils le cardinal Camille Laurenti,

Raphaele Carolo Rossi, Causae ponente, atque dilectis Filiis Alfonso Carinci, eiusdem Congregationis a Secretis, et Salvatore Natucci, Fidei Promotore Generali, divino sacrificio sancte litato, solemniter ediximus : *Tuto procedi posse ad B. Ioannis Leonardi Canonizationem.*

Quibus omnibus rite peractis, ut in re tanti momenti totus servaretur ordo ab Antecessoribus Nostris sapientissime constitutus, primum quidem venerabiles Fratres Nostros S. R. E. cardinales in Consistorium secretum, die septima decima Martii huius anni, apud Nos convocavimus ; in quo dilectus Filius Noster Camillus cardinalis Laurenti sermonem habuit de vita, martyrio et de miraculis B. Andreae Bobola, martyris, sacerdotis professi Societatis Iesu nec non de vita et miraculis B. Ioannis Leonardi, confessoris sacerdotis, fundatoris Congregationis Clericorum Regularium a Matre Dei et B. Salvatoris ab Horta, confessoris, laici professi Ordinis Fratrum Minorum ; ac recensuit acta, quae in Causis eorumdem Beatorum beatificationis et canonizationis Sacrorum Rituum Congregatio, praevio accurato examine, admittenda ac probanda duxit. Qua relatione expleta, Nos Patrum cardinalium singillatim suffragia exquisivimus ;

---

préfet de la Sacrée Congrégation des Rites, et le cardinal Raphaël-Charles Rossi, ponent de la Cause, ainsi que Nos chers Fils Alphonse Carinci, secrétaire de la même Sacrée Congrégation, et Salvator Nattuci, promoteur général de la foi, après avoir offert saintement le Sacrifice de la messe, Nous avons décrété solennellement *qu'on pouvait en toute sûreté procéder à la canonisation du bienheureux Jean Leonardi.*

Tous ces actes ayant été régulièrement accomplis, afin que, dans une affaire aussi importante, fût observée la procédure si sagement établie par Nos prédécesseurs, Nous convoquâmes d'abord après de Nous Nos vénérables Frères les cardinaux de la Sainte Eglise Romaine pour le 17 mars de cette année 1938 en Consistoire secret. Dans cette réunion, Notre cher Fils Camille, cardinal Laurenti, fit un discours sur la vie, le martyre et les miracles du bienheureux André Bobola, martyr, prêtre profès de la Compagnie de Jésus, également sur la vie et les miracles du bienheureux Jean Leonardi, confesseur, prêtre, fondateur de la Congrégation des Clercs Réguliers de la Mère de Dieu, et enfin sur le bienheureux Salvator d'Horta, profès convers de l'Ordre des Frères Mineurs ; il énuméra aussi les actes que la Sacrée Congrégation des Rites avait, après un examen minutieux, admis et approuvés pour chacune des causes de béatification et de canonisation des mêmes Bienheureux Ce rapport une fois ter-

singulique iidem cardinales suam Nobis aperuerunt sententiam.

Consistorio secreto absoluto, rite celebratum est consistorium publicum, in quo pro eorumdem Beatorum canonizatione solemnis peroratio per dilectos filios Consistorialis Aulae advocatos habita est, quam quidem perorationem pro B. Ioannis Leonardi canonizatione illustris advocatus Augustus Milani diserte peregit.

Nos autem, quod expostulatum est grato animo complectentes, nihil antiquius fassi sumus habere *quam ut evangelicae virtutis heroes ita in sua luce ponantur, ut quotquot sunt militantis Ecclesiae filii, eorum intuentes sanctitudinis fulgorem, in trepidis afflictisque huius vitae solacium, in arduo christianae perfectionis certamine invitamentum, in omne genus necessitatibus auxilium habeant : ac praeterea ex horum caelitum egregio sanctissimeque gestis, omnium admirationi imitationique propositis, hoc vel luculentius enitere diximus, quod in praesenti rerum gravitate spem Nostram, Dei innixam pollicitationibus, acuit ac roborat ;* illos idcirco praeclaros caelites exoptare sanctitatis decorare infula ; sed tamen nihil velle ex iis desiderari rebus ratio-

---

miné, Nous avons demandé à chaque cardinal l'un après l'autre son avis, et chacun d'eux Nous a manifesté sa pensée au sujet de ces canonisations.

Après le Consistoire secret fut tenu, de la façon accoutumée, le Consistoire public dans lequel Nos chers Fils, avocats de la Salle consistoriale, plaidèrent solennellement en faveur de la canonisation de ces Bienheureux : Notre cher Fils Auguste Milani parla avec éloquence pour la canonisation du bienheureux Jean Leonardi. Pour Nous, accueillant très volontiers ces demandes, Nous avons avoué n'avoir rien tant à cœur *que de travailler à mettre dans leur pleine lumière les héros des vertus évangéliques, afin que tous les fils de l'Eglise militante, ayant sous les yeux la splendeur de leur sainteté, trouvent un soulagement dans les afflictions et les anxiétés de la vie, un encouragement dans le dur combat pour atteindre la perfection chrétienne, un secours dans les épreuves de tout genre. De plus, de ces actions si remarquables et si parfaites de ces Bienheureux, proposées à l'admiration et à l'imitation de tous, ressort encore clairement, Nous l'avons dit, ce qui, dans la gravité des circonstances présentes, avive et fortifie Notre espérance fondée sur les promesses divines.* C'est pourquoi Nous souhaitons glorifier ces illustres habitants des cieux en les parant de l'auréole des saints. Toutefois, Nous tenons à ce que rien ne soit omis dans les actes et la procédure

nibusque, quibus Apostolica Sedes, ex peculiari more institutoque suo, graves huiusmodi causas expedire solet ; quapropter non ante inviolabile auctoritatis Nostrae oraculum laturos, quam in consistorio semipublico, quod vocant, S. R. E. cardinalium, itemque omnium quotquot in Urbe adfuturi sint patriarchae, archiepiscopi, episcopi et Abbates *nullius,* sententiam exquisierimus.

Interea singulis eorum reddendos iussimus legitimos commentarios, in quibus Beatorum illorum Andreae Bobola, Ioannis Leonardi et Salvatoris ab Horta vitae curriculum, egregie gesta ac patrata a Deo eorum deprecatione miracula, breviter descripta essent, et acta omnia in eorumdem Beatorum canonizationis causis notata.

Omnes igitur Patres cardinales et antistites illos, ad Nos die trigesima prima proxime elapsi mensis martii in Consistorio semipublico convocatos, allocuti sumus et singulorum sententiam exquisivimus, quid de supremis sanctitatis honoribus Beatis illis decernendis sentirent. Quum vero, exceptis adstantium suffragiis, omnes cum Nostra convenire sententia grato animo novissemus, proxima die sollemni Paschatis, decima septima nempe mensis Aprilis, in Petriana Basilica

---

selon lesquels le Saint-Siège, en vertu de sa façon coutumière d'agir et de ses institutions, traite habituellement ces affaires importantes. Dès lors, Nous ne voulions pas promulguer Notre décision irrévocable avant d'avoir, dans le Consistoire appelé *semi-public,* entendu de nouveau l'avis des cardinaux et aussi celui de tous les patriarches, archevêques, évêques et Abbés *nullius* qui se trouveraient à Rome. Entre temps, Nous avons ordonné de remettre à chacun de ces prélats des sommaires approuvés dans lesquels seraient brièvement relatés pour chacun de ces bienheureux, André Bobola, Jean Leonardi et Salvator d'Horta, sa vie, ses faits remarquables, les miracles accomplis par Dieu par son intercession, ainsi que tous les actes principaux de leurs Causes de canonisation.

Nous avons convoqué en Consistoire semi-public, pour le 31 mars dernier, tous les cardinaux et les prélats dont il a été question. Après Notre allocution, Nous avons demandé à chacun son sentiment au sujet de l'attribution des honneurs suprêmes de la sainteté à ces Bienheureux. Après avoir recueilli les votes des assistants, Nous avons constaté avec un profond plaisir qu'ils concordaient tous avec Notre décision. Nous avons décidé de procéder en même temps à cette triple canonisation en la prochaine solennité pascale, c'est-à-dire le 17 avril, dans la basilique de Saint-Pierre.

triplicem una simul canonizationem peragere decrevimus. Interea vero Deum Nobiscum rogare omnes adhortati sumus, ut id laboranti Ecclesiae, iis potissimum populis novo hoc afficiendis decore faustum, felix fortunatumque sit.

De quibus omnibus ut publicum conficerent instrumentum, dilectis filiis adstantibus protonotariis apostolicis mandavimus.

Cum autem auspicatissima a Nobis praestituta dies trinae huic canonizationi celebrandae advenerit, universi tum saecularis cum regularis cleri ordines, romanae Curiae praesules et officiales necnon venerabiles Fratres Abbates et Episcopi, Archiepiscopi et Patriarchae, atque Purpurati Patres cardinales S. R. E. in Vaticanam Basilicam, innumeris lychnis resplendentem ac splendido ornatam apparatu, maximaque christifidelium stipatam frequentia, quos inter plurimi ex Hispania ac Polonia ac plura puellarum Actionis catholicae millia, solemni pompa una Nobiscum ingressi sunt ; Nos autem ad Cathedram Nostram perreximus ibique sedimus.

Porro dilectus Filius Noster Camillus cardinalis Laurenti, Sacrae Congregationis Rituum Praefectus, trinae huic canonizationi praepositus, per dilectum filium Augustum Milani,

---

En attendant, Nous avons exhorté tous les assistants à prier Dieu avec Nous pour obtenir que cette canonisation soit pour l'Eglise militante et surtout pour les nations à qui elle procurera une gloire nouvelle, un événement joyeux, heureux et fécond en bienfaits. Nous avons ordonné à Nos chers Fils les protonotaires apostoliques présents de dresser le procès-verbal officiel de toutes ces choses.

Lorsque arriva le jour si désiré, fixé par Nous pour la célébration de cette triple canonisation, tous les ordres du clergé tant séculier que régulier, les prélats et officiers de la Curie romaine, Nos vénérables Frères les Abbés, évêques, archevêques et patriarches et les cardinaux de la Sainte Eglise Romaine firent avec Nous une entrée solennelle dans la Basilique vaticane, resplendissante d'innombrables lumières, magnifiquement décorée, remplie au maximum par une foule de fidèles, parmi lesquels plusieurs milliers de jeunes filles de l'Action catholique et de très nombreux pèlerins venus d'Espagne et de Pologne. Nous Nous sommes rendu à Notre trône et y avons pris place.

Alors, Notre cher Fils Camille, cardinal Laurenti, préfet de la Sacrée Congrégation des Rites et procureur de cette triple canonisation, Nous demanda, par l'intermédiaire de Notre cher Fils Auguste Milani, avocat de la Salle consistoriale, d'abord *avec ins-*

consistorialis aulae advocatum, *instanter* prius, *instantius* dein et *instantissime* a Nobis expostulavit, ut beati caelites Andreas Bobola, Ioannes Leonardi et Salvator ab Horta in sanctorum album per certum oraculum Nostrum describerentur. Nos vero, cum tanti ponderis causa ageretur, ad hoc pervenire noluimus, nisi prius supplices ab omnibus Deo preces admoverentur, patrocinio interposito Deiparae Virginis totiusque Curiae caelestis, ut a Paraclito Spiritu Sancto supernae lucis copia Nostrae menti affulgeret. Quod quidem ab adstantibus omnibus ferventissime actum est.

Tum, omnibus quidem stantibus, Nos vero in Cathedra sedentes, de plenitudine apostolicae potestatis, sollemniter sic pronunciavimus : *Ad honorem Sanctae et Individuae Trinitatis, ad exaltationem Fidei Catholicae et Christianae Religionis augmentum, auctoritate Domini Nostri Iesu Christi, beatorum apostolorum Petri et Pauli ac Nostra, matura deliberatione praehabita et divina ope saepius implorata, ac de venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. cardinalium, patriarcharum, archiepiscoporum et episcoporum in Urbe existentium consilio ; beatos Andream Bobola martyrem, Ioannem Leonardi et Salvatorem ab Horta, sanctos esse decernimus et definimus, ac sanctorum catalogo adscri-*

---

tance, ensuite *plus instamment* et enfin *très instamment* d'inscrire par Notre sentence suprême et infaillible les bienheureux André Bobola, Jean Leonardi et Salvator d'Horta, au Catalogue des saints. Comme il s'agissait d'une affaire de si grande importance, Nous n'avons pas voulu acquiescer à cette demande, avant que l'assistance n'eût adressé à Dieu de ferventes supplications, appuyées sur le patronage de la Vierge Mère de Dieu et de toute la cour céleste, afin que l'Esprit-Saint, le Paraclet, éclairât Notre esprit de l'abondance de la lumière surnaturelle. Ces supplications furent faites avec grande ferveur par tous les fidèles présents.

Alors, assis dans Notre Chaire, en présence de toute l'assistance debout, Nous avons, en vertu de la plénitude de Notre pouvoir apostolique, rendu solennellement la sentence suivante : *A l'honneur de la sainte et indivisible Trinité, pour l'exaltation de la foi catholique et l'extension de la religion chrétienne, de par l'autorité de Notre-Seigneur Jésus-Christ, des bienheureux apôtres Pierre et Paul et par la Nôtre, après mûre délibération, après avoir souvent imploré le secours divin et sur l'avis de Nos vénérables Frères les cardinaux de la Sainte Eglise Romaine, des patriarches, archevêques et évêques se trouvant à Rome, Nous décrétons et définissons que les bienheureux André Bobola, martyr, Jean Leonardi et Salvator d'Horta, sont saints*

bimus, statuentes ab Ecclesia Universali illorum memoriam quolibet anno die eorum natali, nempe Andreae Bobola die decima sexta Maii, inter sanctos martyres, Ioannis Leonardi die nona Octobris, et Salvatoris ab Horta die decima octava Martii, inter sanctos confessores non pontifices pia devotione recoli debere. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen.

Qua canonizationis formula a Nobis edita, precibus annuentes venerabilis, quem supra memoravimus, Camilli cardinalis Laurenti procuratoris per Augustum Milani Advocatum Nobis porrectis, Decretales hasce Litteras confici expedirique iussimus et de hac ipsa trina canonizatione publicum instrumentum protonotariis apostolicis exarandum mandavimus. Gratias deinde omnipotenti Deo ob tantum beneficium devote peragentes, hymnum *Te Deum*, quem Nos praecinuimus, omnes gaudio exsilientes decantaverunt. Primum deinde novensilium Sanctorum patrocinio invocato, Nos homilia populum allocuti sumus, in qua *Haec est dies*, inquimus, *quam fecit Dominus : exultemus et laetemur in ea. Hodie Christus Dominus, devicta morte, aeternitatis nobis aditum reseravit ; hodie militans Ecclesia triumphantis Ecclesiae gaudia effusiore laetitia participat, quod tres e suis*

---

et nous les inscrivons au Catalogue des saints ; ordonnant à l'Eglise universelle d'honorer leur mémoire avec piété et dévotion, chaque année au jour anniversaire de leur naissance au ciel, savoir pour André Bobola, le 16 mai, parmi les saints martyrs, pour Jean Leonardi, le 9 octobre, pour Salvator d'Horta, le 18 mars, ces deux derniers parmi les saints confesseurs non pontifes. Au nom du Père et du Fils et du Saint-Esprit. Ainsi soit-il.

Cette formule de canonisation une fois lue par Nous, acquiesçant à la prière que Nous adressait le susdit Auguste Milani, avocat consistorial, au nom de Notre cher Fils le cardinal Laurenti déjà nommé, Nous avons ordonné de rédiger et d'expédier ces Lettres décrétales, et Nous avons prescrit aux protonotaires apostoliques de dresser le procès-verbal officiel de cette triple canonisation.

Témoignant au Dieu tout-puissant sa pieuse reconnaissance pour un si grand bienfait, toute l'assistance chanta avec allégresse le *Te Deum* entonné par Nous. Après avoir ensuite imploré pour la première fois le patronage des nouveaux Saints, Nous avons adressé au peuple une homélie : *Voici le jour, disions-Nous, que le Seigneur a fait, exultons et réjouissons-nous! Aujourd'hui le Christ, Notre-Seigneur, vainqueur de la mort, nous a ouvert la porte de l'éternité ; aujourd'hui, avec des trans-*

civibus, divini Redemptoris vestigia secuti, sanctitudinis sempiternaeque beatitatis compotes inerranti iudicio consecrantur.

Breve deinde de singulis Sanctis illis praeconium teximus, eorum virtutum laudes recolentes, ut ad ipsorum egregie gesta pro viribus imitanda incendamur ; ac tandem verba quae sequuntur in fine adiecimus, quaeque in Nostris hisce Litteris iterare collubet Nobis : *Tribus in his caelitibus peculiaris videtur Nobis Providentissimus Deus benevolentiae dedisse pignus ; quandoquidem iidem — populis in praesens tanto rerum discrimine perturbatis — novam Ecclesiae portendunt meliorum temporum spem. Quorum caelitum alterum, Poloniae decus, christiani Orientis et Occidentis unitatem suis precibus imploraturum confidimus, in cuius finibus ipse martyrii palmam promeruit ; alterum catholicae Hispaniae — pace tandem concordiaque redintegrata — vigentiora christianae vitae opera conciliaturum ; alterum denique sacris Missionalium expeditionibus uberiora usque incrementa deprecaturum, quas ipsemet indefaticabili studio suasit atque provexit. — Benignissime iidem patriam quisque suam respiciant ; suaque tutela efficiant ut — errorum col-*

---

ports de joie, l'Eglise militante participe au bonheur de l'Eglise triomphante, parce que trois de ses membres qui suivirent les traces du divin Rédempteur sont déclarés par une sentence infaillible possesseurs de la sainteté et de l'éternelle béatitude. Nous avons ensuite prononcé un bref éloge de chacun de ces Saints, louant leurs vertus afin de nous enflammer du désir d'imiter, dans la mesure de nos forces, leurs remarquables actions. En terminant Notre homélie, Nous avons prononcé les paroles suivantes qu'il Nous plaît de reproduire dans ces Lettres décrétales : *Dans ces trois Saints, il Nous semble que la divine Providence Nous a donné un gage de bienveillance spéciale, puisque ces Saints, alors que les peuples sont troublés par tant de périls, font espérer des jours meilleurs pour l'Eglise. Nous avons l'espoir que l'un d'eux, gloire de la Pologne, implorera par ses prières l'union de l'Orient et de l'Occident chrétiens, lui qui gagna à leurs frontières la palme du martyre ; Nous espérons qu'un autre obtiendra pour la catholique Espagne, avec le retour de la paix et de la concorde, des œuvres encore plus vigoureuses de vie chrétienne ; que le troisième enfin priera pour un plus grand développement des Missions catholiques dont il fut l'infatigable inspirateur et promoteur. Que chacun d'eux jette un regard bienveillant sur sa patrie ; que leur intercession obtienne qu'après avoir vaincu la bourrasque d'erreurs qui, en bouleversant et en*

luvione prohibita, quae ima Civitatis fundamenta subruens atque corrumpens, populos in barbariam veterem detrudere conatur — nostra quoque aetate eaedem Nationes validissima exstent catholicae religionis civilisque cultus propugnacula. Itemque Ecclesiam universam benevolenti vultu respiciant, atque una simul comprecando a Deo impetrent, ut eius ductu e praesentibus tempestatibus victrix emergens, novos agat triumphos, omnesque gentes ad unum Iesu Christi ovile feliciter reducat. Amen.

Qua homilia a Nobis habita apostolicam Benedictionem et plenariam admissorum indulgentiam adstantibus peramanter impertivimus atque post pontificale Sacrum, quod Venerabilis Frater Noster Ianuarius S. R. E. cardinalis Granito Pignatelli di Belmonte, episcopus Ostiensis et Albanensis, Sacrique Collegii Decanus, rite persolvit, e superiori podio S. Petri, plateam prospiciente, sollemnem immenso adstanti populo, nec non *Urbi et Orbi*, benedictionem ac plenariam indulgentiam iterum impertivimus.

Praeclara itaque novensilis sancti Ioannis Leonardi apostolicis his Decretalibus Litteris consecrata memoria, omnibus quae inspicienda erant bene perpensis, certa scientia, omnia et singula quae supra memoravimus de apostolicae potestatis

---

détruisant les fondements de la Cité, tendent à faire retomber les peuples dans l'antique barbarie, ces mêmes nations soient aujourd'hui encore les bastions avancés de la religion chrétienne et de la civilisation. Qu'ensuite ces nouveaux Saints regardent aussi avec bienveillance l'Eglise tout entière et demandent à Dieu, dans une commune prière, que, sous sa conduite, elle sorte victorieuse des tempêtes présentes, qu'elle remporte de nouveaux triomphes et conduise heureusement tous les peuples à l'unique bercail du Christ. Ainsi soit-il.

Cette homélie achevée, Nous avons donné aux assistants la Bénédiction apostolique et accordé avec grande bienveillance l'indulgence plénière pour les péchés. A l'issue de la messe pontificale célébrée par Notre vénérable Frère Janvier, cardinal Granito Pignatelli di Belmonte, évêque d'Ostie et Albano, et doyen du Sacré-Collège, du balcon supérieur de la basilique de Saint-Pierre, dominant la place, Nous avons de nouveau donné à l'immense multitude présente, et aussi à la Ville de Rome et au monde entier, la Bénédiction apostolique plénière.

Après avoir consacré par ces Lettres décrétales la mémoire illustre de ce nouveau Saint, Jean Leonardi, et après avoir bien pesé tout ce qu'il y avait lieu de considérer, de science certaine, de par la plénitude du pouvoir apostolique, à nouveau Nous con-

plenitudine iterum confirmamus, roboramus, statuimus, decernimus universaeque Ecclesiae catholicae denunciamus. Mandamus insuper ut earumdem Litterarum transumptis, etiam impressis, manu tamen alicuius Notarii apostolici subscriptis et sigillo munitis, eadem prorsus habeatur fides, quae hisce praesentibus haberetur, si exhibitae vel ostensae forent. Si quis vero Decretales has Litteras Nostras definitionis, decreti, adscriptionis, mandati, statuti et voluntatis Nostrae infringere vel eis ausu temerario, quod Deus avertat, contraire aut attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo tricesimo octavo, die decima septima mensis Aprilis, Dominica Resurrectionis D. N. I. C., Pontificatus Nostri anno decimo septimo.

Ego PIUS, *Catholicae Ecclesiae Episcopus.*

. . . .

Fr. TH. PIUS, O. P., card. BOGGIANI, *Cancellarius S. R. E.*

J. card. GRANITO DI BELMONTE, *SS. RR. C. senior.*

ALFONSUS CARINCI, *Protonotarius apostolicus.*

ALFRIDUS VITALI, *Protonotarius apostolicus.*

---

firmons, validons, établissons, décrétons et faisons connaître à toute l'Eglise catholique, toutes et chacune des choses que Nous avons mentionnées ci-dessus.

Nous prescrivons en outre que les copies même imprimées de ces Lettres, pourvues cependant du sceau et de la signature manuelle d'un notaire apostolique, obtiennent exactement le même crédit que celui qui serait accordé aux présentes Lettres, si elles étaient présentées ou montrées. Si quelqu'un osait désobéir ou par une audace téméraire, ce dont Dieu daigne le préserver, s'opposer ou porter atteinte aux Lettres décrétales de cette canonisation que Nous avons définie, décrétée, déclarée prescrite, ordonnée et voulue, qu'il sache qu'il encourra la colère du Dieu tout-puissant et celle des bienheureux apôtres Pierre et Paul.

Donné à Rome, près Saint-Pierre, l'an du Seigneur 1938, le 17 avril, dimanche de la Résurrection de Notre-Seigneur, la dix-septième année de Notre Pontificat.

Moi PIE, *Evêque de l'Eglise catholique.*

Fr. THOMAS PIE, card. BOGGIANI, *Chancelier de la S. Egl. Rom.*

J. card. GRANITO DI BELMONTE, *card. doyen.*

Suivent les signatures des autres cardinaux de la Curie romaine.

LITTERAE DECRETALES

Beatus Salvator ab Horta, laicus professus Ordinis Fratrum Minorum, ad caelitum Sanctorum honorem evehitur (1).

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

Immania inter bella et graves sollicitudines et angores verasque quoque apostasias, quibus calamitosissimis hisce temporibus plures cruciantur nationes, quae quidem evangelicam antea sectantes veritatem prospero felicique fruebantur statu. Nos Illum asserere et commonstrare non desistimus, cuius nomen est super omne nomen, Salvatorem mundi dicimus, Christum Iesum, qui solus a cunctis malis omnes salvare potest populos et nationes. Ad omnium

---

LETTRES DECRETALES

Le bienheureux Salvator d'Horta, profès convers de l'Ordre des Frères Mineurs, est élevé aux honneurs des saints.

PIE, EVEQUE

SERVITEUR DES SERVITEURS DE DIEU

Pour perpétuelle mémoire.

Au milieu des guerres cruelles, des graves sollicitudes et des angoisses, en présence des véritables apostasies dont sont affligées, en ces temps calamiteux, plusieurs nations qui, autrefois, alors qu'elles suivaient docilement la loi de vérité de l'Evangile, jouissaient de la prospérité et du bonheur, Nous ne cessons de proclamer bien haut et de montrer ostensiblement Celui dont le Nom est au-dessus de tout nom ; Nous voulons dire le Sauveur du monde, le Christ Jésus, qui seul peut délivrer de tous leurs

(1) *A. A. S.*, t. XXX, 1938, p. 389-398.

insuper hominum bonae voluntatis solacium et exemplum, viros quoque illos vel mulieres plane ostendimus, qui, etsi humanis dum viverent sicuti ceteri miseriis obnoxii, Divini Magistri tamen vestigia forti et invicto animo persecuti sunt. Hodie quidem Nos alium, Deo favente, ad supremos Caelitum honores eveximus atque ad imitandum christifidelibus proposuimus, una cum Beatis Andrea Bobola Martyre, Societatis Iesu Sacerdote, et Ioanne Leonardi, Ordinis Clericorum Regularium Matris Dei Conditore, Beatum Salvatorem ab Horta, Laicum Professum Ordinis Fratrum Minorum. Qui, litterarum plane rudis et sacerdotali carens dignitate, quamquam magnas gerere res non poterat, nihilominus per paupertatis studium, per angelicum animi candorem ac voluntarios insontis sui corporis cruciatus ita Iesu Christi imaginem expressit, ut innumeras multitudines sanctitudinis splendore rerumque miraculis alliciens, ad meliorem ducendae vitae rationem, Ecclesiae nimirum praeceptis consentaneam, omni ope reduceret.

Anno Domini millesimo quingentesimo vicesimo ille ex humilibus et pauperibus, piissimis vero, parentibus ortum habuit in oppido S. Columbae de Farnes dioecesis Gerun-

---

maux et les peuples et les nations. De plus, pour la consolation et l'exemple de toutes les âmes de bonne volonté, Nous mettons également en pleine lumière ces hommes et ces femmes qui, bien que soumis aux misères humaines, comme tous les mortels durant leur existence terrestre. ont cependant suivi, d'une volonté forte et avec un invincible courage, les traces du divin Maître.

En ce jour, par une grande faveur divine, en même temps que les bienheureux André Bobola, martyr, prêtre de la Société de Jésus, et Jean Leonardi, fondateur de l'Ordre des Clercs Réguliers de la Mère de Dieu, Nous élevons aux honneurs suprêmes des saints et Nous proposons à l'imitation des fidèles le bienheureux Salvator d'Horta, profès convers de l'Ordre des Frères Mineurs. Il n'eut pas à diriger de grandes œuvres, ignorant qu'il était des lettres humaines et non revêtu de la dignité sacerdotale. Et cependant, par son amour de la pauvreté, sa pureté angélique et les mortifications volontairement imposées à son corps innocent, Salvator reproduisit si bien en lui l'image du Christ Jésus, qu'avec une merveilleuse efficacité il porta à une conduite plus chrétienne, plus conforme aux préceptes de l'Eglise, des foules innombrables ; et cela par le rayonnement de sa sainteté et de ses miracles.

Salvator naquit d'une famille de condition assez humble et pauvre, mais très pieuse, dans la localité de Santa Coloma de Farnès, au diocèse de Gerona, en Espagne, en 1520. Privé de ses

densis in Hispania ; vix adulescens parentibus orbatus, primum pascendis ovibus incubuit, dein Barcinone, quo una cum sorore domicilium transtulit, per aliquot annos sutrinam fecit ; postquam vero eius soror honesto viro nupsit, ipse, unum et viginti annos tunc agens, Deo vocanti se totum consecrare statuit et ad Fratres Minores in conventum S. Mariae prope Barcinonem se contulit, ut inter fratres operarios exciperetur humillime expostulans. In coenobio illo exceptus, eximiae observantiae laude notissimo, socius datus est Fratri coquinae curam gerenti; cui muneri aliisque obedientiae operibus exercendis dum toto se animo dabat, ab intima tamen Dei unione, ac saepe saepius sanctissima Iesu et Mariae nomina pie proferens, minime distrahebatur. Inter ceteras autem, quibus ornabatur, virtutes maxime tunc eluxit candida eius animi simplicitas et puritas, profundissimae humilitati et corporis castigationi coniuncta. Probationis igitur et tyrocinii tempore peracto, ad solemnia vota nuncupanda admissus est et ad coenobium S. Mariae de Iesu Derthusae, Fratrum vitae austeritate et rigidissima regulae observantia celebre, translatus est. Ibi, quum praeclara Dei Famuli virtus et vitae sanctimonia homines latere non

---

parents à peine entré dans l'adolescence, il garda d'abord les brebis ; puis, avec sa sœur, il se transporta à Barcelone où, durant quelques années, il exerça le métier de cordonnier. Après le mariage de sa sœur à un homme de bien, Salvator, âgé alors de vingt et un an, résolut de se consacrer à Dieu qui l'appelait à son service. Il se rendit au couvent Sainte-Marie des Frères Mineurs, près de Barcelone, et y demanda très humblement son admission au nombre des Frères lais. Reçu dans ce couvent, bien connu et renommé par sa remarquable régularité, Salvator fut donné comme coadjuteur au Frère cuisinier. Accomplissant avec tout son cœur cette fonction et les autres travaux que l'obéissance lui confiait, rien cependant ne pouvait le détourner de l'union la plus intime avec Dieu, manifestée par la pieuse et incessante habitude d'invoquer les saints noms de Jésus et de Marie. Parmi les vertus dont il était orné, brillait à cette époque d'un éclat tout spécial une candide simplicité et pureté d'âme, jointe à la plus profonde humilité et à la mortification des sens. Le temps de probation et de noviciat régulièrement achevé, Salvator fut admis à prononcer ses vœux solennels et transféré au couvent de Sainte-Marie de Jésus, à Tortosa (province de Tarragone) : monastère célèbre et par l'austérité de vie de ses religieux et par l'observance la plus stricte de la règle. En ce couvent, les vertus et la sainteté de vie du Serviteur de Dieu ne purent se

posset, illius fama totam brevi civitatem pervasit et ab omnibus Frater Salvator sanctus appellábatur, qui se beatos putabant, si vel semel eius vestimenta tangere exoscularique potuissent.

Quam sanctitatis opinionem creberrima magis in dies confirmabant miracula, quibus omnipotens Deus largissime servum suum fidelem voluit locupletare. E longinquis namque etiam Hispaniae regionibus quam plurimi undequaque confluebant homines suis aegritudinibus infallibilem rogaturi medicinam. Cuius adventantis multitudinis frequentia pertaesi religiosi viri, simul cum Dei Servo vitam degentes, qui religiosae domus tranquillitatem non parum turbari videbant, Provincialem Moderatorem rogarunt, ut, ipsorum quieti consulens, aliorsum transferre vellet Salvatorem. Qui reapse in *Bellpuig* oppidum primo et Ilerdam deinde missus, paulo post ad coenobium, in arduo monte situm, duobus millibus passuum ab Horta, Derthusensis dioecesis oppido, ubi summa veneratione B. Mariae Virginis mirificum colebatur simulacrum, translatus est. Quod quidem oppidum illud est, quod Fratri Salvatori exinde *ab Horta* cognomen dedit, eo quia in coenobio illo Dei Servus diutius moratus magis in dies pietatis operibus, ieiuniis, continentiae et omnigenae virtuti

---

cacher aux regards des hommes ; elles furent bientôt connues dans toute la cité, où tous appelaient le Frère Salvator un saint, et s'estimaient heureux d'avoir pu, une fois au moins, toucher et baiser son habit religieux. Des miracles très fréquents, dont Dieu voulut gratifier, et très largement, son fidèle serviteur, confirmaient de jour en jour davantage sa réputation de sainteté. Un très grand nombre de personnes, venues des parties même éloignées de l'Espagne, affluaient au couvent, pour y implorer la guérison infaillible de leurs maladies. Mais les autres religieux qui vivaient sous le même toit que le Serviteur de Dieu, effrayés par cette affluence continuelle de la foule qui troublait beaucoup la paix de leur couvent, supplièrent leur Supérieur provincial de pourvoir à leur tranquillité en transférant le Frère Salvator dans un autre monastère.

En effet, il fut d'abord envoyé dans la localité de Bellpuig et ensuite de Lerida ; peu de temps après, il fut transféré à un monastère situé sur une montagne, d'accès difficile, à deux mille pas d'Horta, ville du diocèse de Tortosa ; on y honorait, avec une très grande dévotion, une statue miraculeuse de la Bienheureuse Vierge Marie. C'est à cause de cette cité que le Frère Salvator s'appela par la suite Salvator d'Horta, car le Serviteur de Dieu demeura plus longtemps dans ce couvent, s'y adonnant

alacri animo incubuit, ita ut, illius sanctitatis fama per totam Hispaniam magis ac antea diffusa, aegros et quavis infirmitate detentos undequaque ad sanitatis spem exciret, sancti viri illius precibus impetrandae.

Re quidem vera in hac quoque altera Famuli Dei sede, Beatissimae Virginis Mariae ope implorata, atque solo crucis signo in sanctissimae Trinitatis nomine ab ipso sanationes infinitae prope et innumerabiles patrabantur, ita ut, populorum concursu ad S. Mariae de Horta succrescente, non ex Hispaniae solum sed ex Galliae quoque regionibus, Servi Dei sanctitatis opinio ad Fidei Inquisitoris Aragonensis aures pervenerit. Qui diffidenter primum prodigia illa visus est excipere, postea vero, re suis inspecta oculis, veniam ab illo expostulavit, quocum aliquandiu in coenobio commorari pergratum habuit. Sed ibi quoque Frater Salvator, post duodecim fere annos diutius esse non potuit, et, circa annum millesimum quingentesimum sexagesimum, Horta arbire superiorum iussu coactus est, eadem quidem causa, ad quietem nempe coenobio illi et pacem reddendam ; atque, mutato quidem ei Salvatoris nomine in *Fratris Alfonsi*, ad oppidum

---

chaque jour davantage et de toute son âme aux exercices de piété, aux jeûnes, à la pratique de la chasteté et de toutes les autres vertus ; de telle sorte que la renommée de sa sainteté, plus répandue encore qu'auparavant à travers toute l'Espagne, attirait au couvent, de partout, les malades et les personnes affligées de n'importe quelle infirmité ; toutes nourrissaient l'espoir de retrouver la santé grâce aux prières de ce saint homme.

Et en vérité, dans cette nouvelle résidence, le Serviteur de Dieu opérait, au nom de la Très Sainte Trinité, en invoquant la protection de la Bienheureuse Vierge Marie, et par le seul signe de la croix, des guérisons innombrables et presque incalculables, de telle sorte que l'afflux des foules venues, non seulement d'Espagne mais du pays de France, vers le monastère de Sainte-Marie d'Horta ne fit que croître. C'est ainsi que le renom de sainteté du Serviteur de Dieu parvint jusqu'aux oreilles de l'inquisiteur de la Foi pour l'Aragon. Ce personnage parut tout d'abord accueillir avec défiance le récit de ces prodiges. Mais, dans la suite, en ayant constaté la réalité de ses propres yeux, il demanda pardon au Serviteur de Dieu et se fit un bonheur de vivre quelque temps à ses côtés, dans le monastère. Mais là encore, Frère Salvator ne put rester qu'une douzaine d'années. Aux environs de l'an 1560, sur l'ordre de ses supérieurs, il dut quitter Horta, toujours pour la même raison, à savoir : pour rendre au couvent son recueillement et sa tranquillité. On changea son nom de Sal-

cui nomen *Reus* missus est et paulo post Barcinonem. Ibi, dum suae sanctificationi multo intentius incumbit, miracula quotidie operari non desinit, quorum numerum inire prorsus impossibile est. Barcinone eius moderatores, volentes forsan Servi Dei sanctitatem comprobare, eum Inquisitoribus detulerunt ; qui contra, praeclara illius virtute et duorum miraculorum suis oculis veritate perspecta, ab ipso per crucis signum patratorum, eum dimiserunt, quin immo rogarunt ut Deum pro se orare vellet. Attamen, quamquam solari luce clarior eius praefulsit innocentia, et a Philippo Secundo, Hispanorum Rege, qui ei Matriti maximum exhibuit honorem, thaumaturgica humilis Fratris agnita est potentia, acerbiores tamen simultates et persecutiones ei manebant, usquedum ille ab Ordinis Commissario pro Sardinia, qui Ministri Generalis iussu ad pios studiososque Fratres pro ea insula abscribendos Barcinomen venerat, secum ire invitatus, libens ipse laetusque annuit et Calarim, in principem insulae illius urbem, adivit.

In itinere foedam maris tempestatem exortam illico, uti fertur, crucis signo sedavit. Calari, frequenti populi concursu et inenarrabili laetitia exceptus, quippe qui sanctitatis

---

vator en celui de Frère *Alphonse*, et on l'envoya dans une ville appelée *Reus*, et peu de temps après à Barcelone. Là, Frère Alphonse s'appliqua beaucoup plus intensément encore à sa propre sanctification ; mais cependant, il ne cessa pas de faire, et quotidiennement, des miracles, dont il est presque impossible de fixer le chiffre. A Barcelone, pour éprouver peut-être sa sainteté, ses supérieurs le déférèrent aux inquisiteurs. Mais ceux-ci, ayant constaté sa grande vertu et deux miracles opérés sous leurs yeux par le Frère avec un signe de croix, le renvoyèrent ; bien plus, ils le supplièrent de vouloir prier Dieu en leur faveur. Cependant, malgré son innocence plus évidente que la lumière du soleil, malgré le témoignage du roi d'Espagne Philippe II qui publiait partout le pouvoir de thaumaturge de l'humble Frère lai, à qui il avait témoigné à Madrid le plus grand honneur, les inimitiés et les persécutions les plus cruelles ne manquaient pas au Serviteur de Dieu. Cet état dura jusqu'à ce que le Commissaire de l'Ordre des Frères Mineurs pour la Sardaigne, envoyé à Barcelone par le Ministre général, en vue d'y recruter pour la Sardaigne des religieux pieux et studieux, l'eût invité à partir avec lui. Frère Alphonse accepta de bon gré et avec joie ; et c'est ainsi qu'il se rendit à Cagliari, la capitale de la Sardaigne.

Faisant route vers la Sardaigne, on rapporte qu'il apaisa à l'instant et par un simple signe de croix une terrible tempête qui

et miraculorum fama praeventus, minime tanto honore permotus, a profundissima sua humilitate dimoveri non potuit ; quin immo omnia ipsi despectui erant, nisi quae Dei gloriam et animarum salutem respicerent, seseque humile diceret Dei instrumentum pro animabus Christo lucrandis. Vivida, qua ipse flagrabat, caritas eum ad proximorum salutem procurandam vehementer urgebat. Quare nullam praeteribat occasionem ut rudes ignarosque christianam doctrinam doceret, simplici quidem facilique modo, sed aptissimo, ita ut videretur ipse theologicis studiis vacasse. Deus vero istum animarum zelum humillimi Fratris laici, prodigiorum charismate, Calari etiam, sicut alibi plures iam annos, ita roborare dignatus est, ut verus ob eorum multitudinem ac praestantiam thaumaturgus ab omnibus haberetur.

In eadem Calaritana urbe, duo de vicesima die Martii mensis anno millesimo quingentesimo sexagesimo septimo, in pervigilio festi S. Ioseph, ut ipse praedixerat, aetatis suae anno septimo et quadragesimo fidelis Dei Servus, extremis munitus Ecclesiae Sacramentis, Iesu et Mariae nomina, quae continenter vivens in ore habuit, pie profe-

---

s'était élevée. A Cagliari, le Frère Alphonse fut reçu par une immense multitude, avec une joie extraordinaire ; car la renommée de sa sainteté et de ses miracles l'y avait précédé. Mais lui, loin d'être ébranlé par tant d'honneur, s'enfonça davantage encore dans la plus profonde humilité. Il méprisait tout ce qui ne se rapportait pas à la gloire de Dieu et au salut des âmes ; et il se disait un très humble instrument, dans les mains de Dieu, pour gagner les âmes au Christ. L'ardente charité dont il était enflammé le poussait à chercher avec un grand zèle le salut du prochain ; aussi, ne manquait-il aucune occasion d'enseigner la doctrine chrétienne aux gens du peuple et aux ignorants. Il le faisait en suivant une méthode très ordinaire, simple, mais cependant très adaptée aux auditeurs, tellement bien que le bon Frère paraissait avoir étudié la théologie. A Cagliari, comme ailleurs, depuis de nombreuses années, Dieu se plut à fortifier encore le zèle des âmes, chez l'humble Frère lai, par le don des miracles ; et cela à un tel degré que tous le tenaient pour un véritable thaumaturge, à cause du nombre et de l'éclat de ses prodiges.

C'est dans cette même ville de Cagliari que, muni des derniers sacrements de l'Eglise, le fidèle Serviteur de Dieu s'endormit dans le Seigneur, le 18 mars, veille de la fête de saint Joseph, comme il l'avait prédit, en l'année 1567, la quarante-septième de son âge ; il expira en prononçant pieusement les saints noms que, durant sa vie, il avait toujours eus sur les lèvres : ceux de Jésus

rens, obdormivit in Domino. Triduo mortales eius exuviae, universo fere clero et populo ad eas venerandas confluente, in coenobii ecclesia solemniter expositae, et in sacello dein S. Francisci Patris conditae sunt. Post beatam Servi Dei mortem non ideo desiit populi christiani pietas et devotio, eo vel magis quod non desierunt quoque mirificae sanationes et vera miracula, eius invocato patrocinio, ab omnipotente Deo patrata. Quare cl. m. Xistus Quintus, Praedecessor Noster, relationem quamdam, sibi exhibitam anno millesimo quingentesimo octogesimo sexto a Francisco Gonzaga, Episcopo Mantuano, de Famuli Dei sanctitate et miraculis et populorum, Hispaniarum potissimum et Sardiniae, erga illum pietate, Apostolicis Litteris *Cum sicut exposuit* sub anulo Piscatoris, die tertia Septembris eodem anno datis, ratam habuit et confirmavit. Verumtamen ordinarii processus ab Antistibus Calaritano, Gerundensi, Derthusensi et Barcinonensi prioribus saeculi decimi septimi annis adornati sunt circa famam sanctitatis vitae, virtutum et miraculorum Dei Servi Salvatoris ab Horta. Anno millesimo sexcentesimo sexto Philippus Tertius, Hispaniae Rex, a Decessore Nostro Paulo Quinto enixe expostulavit, ut ad Canonizationem Servi Dei procederetur ; eique per Sacram Rituum

---

et de Marie. Durant trois jours, sa dépouille mortelle fut solennellement exposée dans l'église du couvent, où affluèrent pour la vénérer presque dans leur totalité le clergé et la population de l'endroit ; on l'ensevelit ensuite dans la chapelle de son Père saint François. Mais la bienheureuse mort du Serviteur de Dieu n'arrêta pas la piété et la dévotion du peuple chrétien à son égard, étant donné, surtout, que les guérisons merveilleuses et les véritables miracles, opérés par le Dieu tout-puissant à la suite de l'invocation de son patronage, furent loin de cesser. C'est pourquoi, en 1590, François Gonzaga, évêque de Mantoue, présenta à Notre prédécesseur d'illustre mémoire. Sixte Quint, un rapport sur la sainteté du Serviteur de Dieu, ses miracles, la dévotion témoignée à son égard par les peuples, surtout ceux d'Espagne et de Sardaigne. Et le Pontife ratifia et confirma cette relation par les Lettres apostoliques *Cum sicut exposuit,* données sous l'anneau du Pêcheur, le 3 septembre de la même année. Cependant, durant les premières années du XVII[e] siècle, les évêques de Cagliari, de Gerona, de Tortosa et de Barcelone, commencèrent les procès et enquêtes ordinaires, au sujet de la renommée de sainteté de la vie, des vertus et des miracles du Serviteur de Dieu, Salvator d'Horta. L'année 1606, le roi d'Espagne Philippe III supplia instamment Notre prédécesseur,

Congregationem die quinta Februarii mensis eodem anno responsum fuit Canonizationem ob iustas causas differendam esse ; sed adiectum est : *quod interim Beatus Salvator ab Horta cum hoc titulo et miraculis imprimatur, publiceque portetur ad maiorem fidelium consolationem.* Quo Decreto cultus, quem populus Famulo Dei quinquaginta iam annos tribuebat, ratus ac legitimus habitus est.

Introductionis autem Causae Canonizationis apud Sanctam Sedem commissionem Urbanus Octavus, Antecessor Noster, anno millesimo sexcentesimo vicesimo quarto signavit et in Beati honorem hymnum proprium, responsorium et orationem propriam pro nonnullis locis approbavit. Anno insequenti Processus Apostolici coepti sunt adornari, quorum iuridica vis a S. Romanae Rotae Auditoribus, uti tunc mos erat, recognita est mense Augusto anni millesimi sexcentesimi trigesimi tertii, et Novembri mense eiusdem anni constare de Servi Dei virtutum heroicitate responderunt ; mense autem Martio biennio post primum ex propositis miraculis ratum dixerunt. Quoniam vero, non multo post ab Urbano Papa Octavo novi iuris decreta de Servorum Dei Causis

---

Paul V, de procéder à la canonisation du Serviteur de Dieu. Le 5 février de la même année, le Saint-Siège, par l'intermédiaire de la S. Congrégation des Rites, lui répondit que, pour de justes raisons, il y avait lieu de différer cette canonisation ; mais on ajoutait : *En attendant, et pour la plus grande consolation des fidèles, il est permis de reproduire l'image et les miracles du vénérable Salvator d'Horta, avec le titre de bienheureux et de le vénérer dans les cérémonies publiques.* Le culte que, depuis cinquante ans déjà, le peuple professait à l'égard du Serviteur de Dieu fut regardé comme ratifié et légitimé par ce décret.

L'année 1624, Notre prédécesseur Urbain VIII signa la Commission d'introduction de la Cause auprès du Saint-Siège, en vue de la canonisation ; et il approuva pour quelques endroits une hymne, un répons et une oraison propres en l'honneur du Bienheureux. L'année suivante, furent commencés les Procès apostoliques, dont la valeur juridique fut reconnue au mois d'août de l'année 1633 par les auditeurs de la S. Rote Romaine, comme c'était alors la coutume. Au mois de novembre de la même année, ils déclarèrent que l'héroïcité des vertus du Serviteur de Dieu était incontestable. Deux ans après, au mois de mars, le premier des miracles proposés pour la canonisation fut accepté par les auditeurs de la Rote. Mais, peu de temps après, le Pape Urbain VIII ayant édicté de nouvelles dispositions juridiques en ce qui concernait les Causes des Serviteurs de Dieu, la sentence

edita essent, sententia illa S. Rotae Auditorum promulgata non fuit.

Longum deinde iter Beati Salvatoris Causa, antequam ad optatum finem perveniret, percurrere oportuit. Cultus namque iam Beato praestitus et late propagatus atque a Sacra Rituum Congregatione, uti supra diximus, ratus legitimusque habitus ac permissus, a Clemente Undecimo Papa, iuridicis inquisitionibus praehabitis, tandem anno millesimo septingentesimo undecimo confirmatus est ; Causae vero reassumptio in statu et terminis, quibus eadem tunc reperiebatur, tantummodo millesimo octingentesimo octuagesimo secundo, quartadecima die Decembris mensis, gloriae memoriae Leone Papa Tertiodecimo auctore, habita est. Ad normas igitur a Decessoribus Nostris *super casu excepto,* quem vocant, datas, insequenti anno, die duodecima Februarii ab eodem Summo Pontifice dispensatione indulta a novo examine de Processuum validitate, a Sacra Rituum Congregatione districta super Beati virtutum heroicitate investigatio peracta est et a Nobis de eadem Decretum die tertia decima Iulii mensis anno millesimo nongentesimo vicesimo septimo editum est.

Ad Canonizationem Beati huius Thaumaturgi tandem aliquando obtinendam, concessa a Nobis quod in casu requi-

---

des auditeurs de la S. Rote Romaine ne fut pas promulguée.

La Cause du bienheureux Salvator dut ensuite parcourir un long chemin avant d'aboutir à l'heureuse issue tant désirée. En effet, le culte déjà rendu au Bienheureux et largement répandu, ratifié, regardé comme légitime, et autorisé par la S. Congrégation des Rites, comme il a été dit plus haut, fut enfin confirmé, en 1711, par le Pape Clément XI, après des enquêtes juridiques préalables. Ce n'est qu'en 1882, le 14 décembre, que cette Cause, dans l'état et la situation où elle se trouvait alors, fut reprise sur l'ordre du Pape Léon XIII, de glorieuse mémoire. En conséquence, selon les règles fixées par Nos prédécesseurs *super casu excepto,* quand il s'agit du *cas excepté* (ou de la voie extraordinaire de culte), comme on dit, le 12 février 1883, le même Souverain Pontife accorda dispense d'un nouvel examen de la validité des Procès. La Sacrée Congrégation des Rites fit une enquête rigoureuse sur l'héroïcité des vertus du Bienheureux, et le 13 juillet 1927 Nous promulguâmes Nous-même le décret au sujet de cette héroïcité.

Pour aboutir enfin, après un temps si long, à la canonisation de ce bienheureux thaumaturge, après que Nous eûmes concédé la dispense, nécessaire dans le cas actuel, au sujet du troisième

rebatur super tertio miraculo dispensatione, de duobus miraculis pertractari oportebat, eiusdem Beati patrocinio invocato post indultam ab Apostolica Sede Beato ipsi venerationem. Cum autem de duobus prioribus mirificis sanationibus, Sacrae Rituum Congregationi exhibitis, non satis constare visum fuisset, novi in Calaritana Curia Archiepiscopali constructi sunt super binis quae sequuntur sanationibus processus, quorum iuridica vis ab eadem Sacra Congregatione decreta est die ultima mensis Iulii anno millesimo nongentesimo trigesimo quinto. Marius Piras, Benvenuti filius, Calaritanus, puer fere decennis, lethali tuberculari meningitide basilari, Septembri mense anni millesimi nongentesimi trigesimi primi, affectus est. Unanimis est medicorum consensus in diagnosi statuenda et infausta prognosi. Dum morbus adeo saeviebat, ut medici iudicio, hora octava pomeridiana diei vicesimi quarti eiusdem mensis, mors immineret, invocato a parentibus amicisque B. Salvatore, atque inuncto eius corpore oleo lampadis, quae ad Beati altare ardebat, puer somno corripitur, summoque insequentis diei mane perfecte sanatus

---

miracle exigé, il fallait discuter les deux miracles obtenus, grâce à l'intercession du Bienheureux, après que le Saint-Siège eut accordé l'autorisation de vénérer ce même Bienheureux. Comme il paraissait ne pas y avoir une évidence suffisante au sujet des deux premières guérisons miraculeuses présentées à la S. Congrégation des Rites, la Curie archiépicopale de Cagliari instruisit de nouveaux procès sur les deux guérisons indiquées ci-après ; procès dont la valeur juridique fut reconnue par la S. Congrégation des Rites le dernier jour de juillet de l'année 1935.

Marius Piras, fils de Benvenuti, habitant de Cagliari, un enfant de dix ans environ, fut atteint, en septembre 1931, d'une méningite basilaire tuberculeuse mortelle. L'avis des médecins était unanime pour ce diagnostic, et unanime aussi leur opinion sur l'issue fatale de la maladie. Alors que le mal était dans un état de gravité tel que, le 24 septembre, sur les 8 heures du soir, la mort était imminente d'après le diagnostic du médecin, les parents et amis de l'enfant invoquèrent le Fr. Salvator et oignirent le corps du malade avec de l'huile prise dans la lampe qui brûlait devant l'autel du Bienheureux. L'enfant s'endormit, et le lendemain, de très grand matin, le médecin le déclara parfaitement guéri. Cette guérison fut regardée comme miraculeuse par les médecins désignés par la S. Congrégation des Rites.

a medico declaratur. Quae sanatio a peritis a Sacra Rituum Congregatione deputatis miraculo tribuenda habita est.

Altera mira sanatio respicit puellam Auroram Secchi, Angeli filiam ex oppido *Mandas*, Calaritanae Archidioecesis. Vertente anno sancto millesimo nongentesimo trigesimo tertio, Aprili mense, mortali scarlattina cum meningeis et polyarthriticis implicationibus fuit illa correpta. Morbus invaluit, puellamque die tertia Maii ad extremum mortis limen adduxit. Hora post meridiem octava circiter eius parentes, accensa coram Beati imagine cerea candela, puellaque oleo lampadis Beati linita, ferventissimas effudere preces. Post paucas horas perfecte ab omnibus morbi symptomatibus Aurora libera facta est. Miraculum conclamat et medicus a curatione peritique a Sacra eadem Congregatione acciti.

De utraque hac sanatione : suetis Congregationibus, antepraeparatoria ac praeparatoria, quas vocant, tertia vero coram Nobis praehabitis, die tandem septima et vicesima Iunii mensis superiore anno, in Palatio Apostolico Castri Gandulphi, Nos Ipsi, sacro Eucharistico sacrificio antea litato, ediximus : *Constare de duobus miraculis a Deo per Beati Salvatoris ab Horta intercessionem patratis,* nempe : *de instantanea perfectaque sanatione tum Marii Piras*

La deuxième guérison merveilleuse concerne la jeune fille Aurora Secchi, fille d'Angelo, de la ville de *Mandas,* dans l'archidiocèse de Cagliari. Durant l'année sainte 1933, au mois d'avril, elle fut atteinte de scarlatine mortelle, avec complications de méningite et de polyarthrite. La maladie s'aggrava, et le 3 mai la jeune fille se trouvait au seuil de la mort. Vers 8 heures de l'après-midi, après avoir allumé un cierge devant l'image du Bienheureux, et oint le corps de la malade avec l'huile de la lampe du Bienheureux, ses parents se mirent à le prier de tout leur cœur. Après quelques heures, tous les symptômes de maladie avaient complètement disparu chez Aurora. La guérison fut proclamée miraculeuse et par le médecin traitant, et par les spécialistes désignés par cette même S. Congrégation des Rites.

Après avoir réuni et tenu, au sujet de ces deux guérisons, les Congrégations ordinaires, à savoir l'antépréparatoire et la préparatoire, la troisième eut lieu en Notre présence. Enfin, Nous-même, le 27 juin 1937, au Palais apostolique de Castel-Gandolfo, après avoir offert le Sacrifice de la messe, Nous déclarâmes solennellement qu'*il constait de la réalité des miracles opérés par Dieu, grâce à l'intercession du bienheureux Salvator d'Horta, à savoir : de la guérison instantanée et parfaite, chez Marius*

a meningitide basilari tuberculari, cum Aurorae Secchi a maligna scarlattina cum gravissimis meningeis et polyarthriticis implicationibus.

Quod unum denique supererat decernendum, *an* videlicet, *stante adprobatione duorum miraculorum post indultam Beato Salvatori ab Horta ab Apostolica Sede venerationem* Tuto *procedi posset ad ipsius Beati Canonizationem,* Nos, in Apostolicum quod supra diximus Palatium Castri Gandulphi, accitis sexta et vicesima die Octobris mensis praeteriti anni venerabilibus Fratribus Nostris S. R. E. Cardinalibus Alexandro Verde, Causae huius Ponente seu Relatore, ceterisque Cardinalibus Sacris Ritibus tuendis praepositis, una cum Officialibus, Praelatis et Consultoribus, praefatum dubium discutiendum iussimus ; omnes autem adstantes unanimiter in affirmativam convenerunt sententiam. Nos vero Nostram proferre distulimus ad diem primam et vicesimam subsequentis mensis, ad Dominicam nempe ultimam post Pentecosten, B. V. Mariae Praesentationi sacram. Quod quidem, favente Domino, Romae in Vaticanis Aedibus peregimus sollemniterque decrevimus tuto procedi posse ad Beati Salvatoris ab Horta Canonizationem. Quibus omnibus rite peractis, ut in re tam gravi sapientissimus a

---

Piras, d'une méningite basilaire tuberculeuse, et chez Aurora Secchi, d'une scarlatine grave avec les plus sérieuses complications de méningite et de polyarthrite.

Une seule chose demeurait enfin à décider, à savoir : *les deux miracles ci-dessus étant approuvés, après l'autorisation accordée par le Saint-Siège de rendre un culte au bienheureux Salvator d'Horta, pouvait-on, en toute sûreté, procéder à la canonisation de ce même Bienheureux ?* Le 26 octobre de l'année dernière, au Palais apostolique de Castel-Gandolfo déjà désigné plus haut, Nous avons appelé auprès de Nous Nos vénérables Frères, le cardinal Alexandre Verde, ponent ou rapporteur de cette Cause, et les autres cardinaux préposés à la sauvegarde des Rites sacrés, et aussi les officiers majeurs, les prélats et consulteurs, et Nous avons ordonné qu'on discutât la question ci-dessus. Tous les assistants y donnèrent une réponse affirmative. Quant à Nous, c'est au 21 du mois suivant, dernier dimanche de la Pentecôte, jour consacré à la Présentation de la Bienheureuse Vierge Marie (21 novembre), que Nous avons différé la manifestation de Notre sentiment. Nous l'avons rendue publique, par la protection de Dieu, au Palais du Vatican, à Rome, et Nous avons alors solennellement décidé qu'on pouvait, en toute sûreté, procéder à la canonisation du bienheureux Salvator d'Horta.

Decessoribus Nostris constitutus servaretur ordo, primum quidem venerabiles Fratres Nostros S. R. E. Cardinales in Consistorium secretum, die septima decima Martii huius anni, apud Nos convocavimus, in quo dilectus Filius Noster Camillus Cardinalis Laurenti sermonem habuit de vita, martyrio et de miraculis B. Andreae Bobolą Martyris, Sacerdotis Professi e Societate Iesu, nec non de vita et miraculis B. Ioannis Leonardi, Confessoris, Sacerdotis, Fundatoris Ordinis Clericorum Regularium a Matre Dei atque B. Salvatoris ab Horta, Confessoris, Laici professi Ordinis Fratrum Minorum ; ac recensuit acta, quae in Causis eorumdem Beatorum Beatificationis et Canonizationis Ss. Rituum Congregatio, praevio accurato examine, admittenda ac probanda duxerat. Qua relatione expleta, Nos Patrum Cardinalium singillatim suffragia exquisivimus ; singulique iidem Cardinales suam Nobis aperuerunt sententiam. Consistorio secreto absoluto, rite celebratum est consistorium publicum in quo pro eorumdem Beatorum Canonizatione solemnis peroratio per dilectos Filios Consistorialis Aulae Advocatos habita est ; pro Beato autem Salvatore dilectus Filius Augus-

---

Tous ces actes ayant été régulièrement accomplis, afin que, dans une affaire aussi importante, fût observée la procédure si sagement établie par Nos prédécesseurs, Nous convoquâmes d'abord auprès de Nous Nos vénérables Frères les cardinaux de la Sainte Eglise Romaine, pour le 17 mars de cette année 1938, en Consistoire secret. Dans cette réunion, Notre cher Fils Camille, cardinal Laurenti, fit un discours sur la vie, le martyre et les miracles du bienheureux André Bobola, martyr, prêtre profès de la Compagnie de Jésus, également sur la vie et les miracles du bienheureux Jean Leonardi, confesseur, prêtre, fondateur de la Congrégation des Clercs Réguliers de la Mère de Dieu, et enfin sur le bienheureux Salvator d'Horta, profès convers de l'Ordre des Frères Mineurs ; il énuméra aussi les actes que la Sacrée Congrégation des Rites, avait, après un examen minutieux, admis et approuvés pour chacune des causes de béatification et de canonisation des mêmes Bienheureux. Ce rapport une fois terminé, Nous avons demandé à chaque cardinal l'un après l'autre son avis, et chacun d'eux Nous a manifesté sa pensée au sujet de ces canonisations.

Après le Consistoire secret fut tenu, de la façon accoutumée, le Consistoire public, dans lequel Nos chers Fils, avocats de la Salle consistoriale, plaidèrent solennellement en faveur de la canonisation de ces Bienheureux : Notre cher Fils Augustin Lenti parla avec éloquence pour la canonisation du bienheureux Sal-

tinus Lenti perorationem diserte peregit. Nos vero quod expostulatum est grato animo complectentes, nihil antiquius fassi sumus habere, *quam ut evangelicae virtutis heroes ita in sua luce ponantur, ut quotquot sunt militantis Ecclesiae filii, eorum intuentes sanctitudinis fulgorem, in trepidis afflictisque huius vitae solacium, in arduo christianae perfectionis certamine invitamentum in omne genus necessitatibus auxilium habeant ac praeterea ex horum Caelitum egregie sanctissimeque gestis, omnium admirationi imitationique propositis, hoc vel loculentius enitere* diximus, *quod in praesenti rerum gravitate spem Nostram, Dei innixam pollicitationibus, acuit ac roborat ;* illos idcirco praeclaros Caelites exoptare sanctitatis decorare infula ; sed tamen nihil velle ex iis desiderari rebus rationibusque, quibus Apostolica Sedes, ex peculiari more institutoque suo, graves huiusmodi causas expedire solet. Quapropter non ante inviolabile auctoritatis Nostrae oraculum laturos, quam in consistorio semipublico, quod vocant, tum iterum S. R. E. Cardinalium, tum omnium quotquot in Urbe adfuturi sint Patriarchae, Archiepiscopi, Episcopi et Abbates *nullius* sententiam exquisierimus. Interea singulis eorum reddendos iussimus legitimos commentarios, in quibus Bea-

---

vator. Pour Nous, accueillant très volontiers ces demandes, Nous avons avoué n'avoir rien plus à cœur *que de travailler à mettre dans leur pleine lumière les héros des vertus évangéliques afin que tous les fils de l'Eglise militante ayant sous les yeux la splendeur de leur sainteté trouvent un soulagement dans les afflictions et les anxiétés de la vie, un encouragement dans le dur combat pour atteindre la perfection chrétienne, un secours dans les épreuves de tout genre. De plus, de ces actions si remarquables et si parfaites de ces Bienheureux, proposées à l'admiration et à l'imitation de tous, ressort encore clairement, Nous l'avons dit, ce qui, dans la gravité des circonstances présentes, avive et fortifie Notre espérance, fondée sur les promesses divines.* C'est pourquoi Nous souhaitons glorifier ces illustres habitants des cieux en les parant de l'auréole des saints. Toutefois Nous tenons à ce que rien ne soit omis dans les actes et la procédure selon lesquels le Saint-Siège, en vertu de sa façon coutumière d'agir et de ses institutions, traite habituellement ces affaires importantes. Dès lors, Nous ne voulions pas promulguer Notre décision irrévocable avant d'avoir, dans le Consistoire appelé *semi-public,* entendu de nouveau l'avis des cardinaux et aussi celui de tous les patriarches, archevêques, évêques et Abbés *nullius* qui se trouveraient à Rome. Entre temps, Nous avons ordonné de remettre

torum illorum Andreae Bobola, Ioannis Leonardi et Salvatoris ab Horta vitae curriculum, egregie gesta, ac patrata a Deo eorum deprecatione miracula, breviter descripta essent, et acta omnia in eorumdem Beatorum Canonizationis Causis notata. Omnes igitur Patres Cardinales et Antistites illos, ad Nos die trigesima prima proxime elapsi mensis Martii in Consistorio *semipublico* convocatos, allocuti sumus et singulorum sententiam exquisivimus, quid de supremis sanctitatis honoribus Beatis illis decernendis sentirent. Quum vero, exceptis adstantium suffragiis, omnes cum Nostra convenire sententia grato animo novissemus, proxima die sollemni Paschatis. decima septima nempe mensis Aprilis, in Petriana Basilica triplicem una simul Canonizationem peragere decrevimus. Interea vero Deum Nobiscum rogare omnes adhortati sumus, ut id laboranti Ecclesiae, iis potissimum nationibus novo hoc afficiendis decore, faustum, felix fortunatumque sit. De quibus omnibus ut publicum conficerent instrumentum, dilectis filiis adstantibus Protonotariis Apostolicis mandavimus. Quum autem auspicatissima a Nobis praestituta dies trinae huic Canoni-

---

à chacun de ces prélats, des sommaires approuvés dans lesquels seraient brièvement relatés pour chacun de ces bienheureux André Bobola, Jean Leonardi et Salvator d'Horta, sa vie, ses faits remarquables, les miracles accomplis par Dieu par son intercession, tous les actes principaux de leur cause de canonisation.

Nous avons convoqué en Consistoire semi-public, pour le 31 mars dernier, tous les cardinaux et les prélats dont il a été question. Après Notre allocution, Nous avons demandé à chacun son sentiment au sujet de l'attribution des honneurs suprêmes de la sainteté à ces Bienheureux. Après avoir recueilli les votes des assistants, Nous avons constaté avec un profond plaisir qu'ils concordaient tous avec Notre décision. Nous avons décidé de procéder en même temps à cette triple canonisation, en la prochaine solennité pascale, c'est-à-dire le 17 avril, dans la basilique de Saint-Pierre.

En attendant, Nous avons exhorté tous les assistants à prier Dieu avec Nous pour obtenir que cette canonisation soit pour l'Eglise militante et surtout pour les nations à qui elle procurera une gloire nouvelle, un événement joyeux, heureux et riche en bienfaits. Nous avons ordonné à Nos chers Fils les Protonotaires apostoliques présents de dresser le procès-verbal officiel de toutes ces choses.

Lorsque arriva le jour si désiré, fixé par Nous pour la célébration de cette triple canonisation. tous les Ordres du clergé

zationi celebrandae advenerit, universi tum saecularis cum regularis cleri ordines, Romanae Curiae Praesules et Officiales necnon venerabiles Fratres Abbates, Episcopi, Archiepiscopi et Patriarchae, atque S. R. E. Patres Cardinales in Vaticanam Basilicam, innumeris resplendentem lycnis ac splendido ornatam apparatu, maximaque christifidelium stipatam frequentia, quos inter plurimi ex Hispania ac Polonia ac plura puellarum Actionis Catholicae millia, solemni pompa una Nobiscum ingressi sunt ; Nos autem ad Cathedram Nostram porreximus ibique sedimus. Porro dilectus Filius Noster Camillus Cardinalis Laurenti, Sacrae Congregationis Rituum Praefectus, trinae huic Canonizationi praepositus, per dilectum Filium Augustum Milani, Consistorialis Aulae Advocatum, *instanter* prius, *instantius* dein ac *instantissime* a Nobis expostulavit, ut Beati Caelites Andreas Bobola, Ioannes Leonardi et Salvator ab Horta in Sanctorum album per certum oraculum Nostrum describerentur. Nos vero, cum tanti ponderis causa ageretur, ad hoc pervenire noluimus, nisi prius supplices ab omnibus Deo preces admoverentur, patrocinio interposito Deiparae Virginis totiusque Curiae caelestis, ut a Paraclyto Spiritu supernae lucis copia Nostrae menti affulgeret. Quod quidem

---

tant séculier que régulier, les prélats et officiers de la Curie romaine, Nos vénérables Frères les Abbés, évêques, archevêques et patriarches et les cardinaux de la Sainte Eglise Romaine firent avec Nous une entrée solennelle dans la basilique vaticane, resplendissante d'innombrables lumières, magnifiquement décorée, remplie au maximum par une foule de fidèles, parmi lesquels plusieurs milliers de jeunes filles de l'Action catholique et de très nombreux pèlerins venus d'Espagne et de Pologne. Nous Nous sommes rendu à Notre trône et y avons pris place.

Alors, Notre cher Fils Camille, cardinal Laurenti, préfet de la Sacrée Congrégation des Rites, et procureur de cette triple canonisation, Nous demanda, par l'intermédiaire de Notre cher Fils Auguste Milani, avocat de la Salle consistoriale, d'abord *avec instance*, ensuite *plus instamment* et enfin *très instamment* d'inscrire par Notre sentence suprême et infaillible les bienheureux André Bobola, Jean Leonardi et Salvator d'Horta au catalogue des saints. Comme il s'agissait d'une affaire de si grande importance, Nous n'avons pas voulu acquiescer à cette demande avant que l'assistance eût adressé à Dieu de ferventes supplications, appuyées sur le patronage de la Vierge Marie Mère de Dieu et de toute la cour céleste, afin que l'Esprit-Saint, le Paraclet, éclaire Notre esprit de l'abondance de la lumière surnaturelle. Ces supplications

ab adstantibus omnibus ferventissime actum est. Tum demum, omnibus quidem stantibus, Nos vero in Cathedra sedentes, de plenitudine Apostolicae potestatis, sollemniter sic pronunciavimus : *Ad honorem Sanctae et Individuae Trinitatis, ad exaltationem Fidei Catholicae et Christianae Religionis augmentum, auctoritate Domini Nostri Iesu Christi, Beatorum Apostolorum Petri et Pauli ac Nostra, matura deliberatione praehabita, et divina ope saepius implorata, ac de venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium, Patriarcharum, Archiepiscoporum et Episcoporum in Urbe existentium consilio, Beatos Andream Bobola Martyrem, Ioannem Leonardi et Salvatorem ab Horta, Sanctos esse decernimus et definimus, ac Sanctorum catalogo adscribimus, statuentes ab Ecclesia Universali illorum memoriam quolibet anno die eorum natali, nempe Andreae Bobola die decima sexta Maii, inter Sanctos Martyres, Ioannis Leonardi die nona Octobris, et Salvatoris ab Horta die decima octava Martii, inter Sanctos Confessores non Pontifices pia devotione recoli debere. In Nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen.*

Qua Canonizationis formula a Nobis edita, precibus annuentes dilecti Filii Nostri quem supra memoravimus

---

furent faites avec grande ferveur par tous les fidèles présents.

Alors, assis dans Notre Chaire, en présence de toute l'assistance debout, Nous avons, en vertu de la plénitude de Notre pouvoir apostolique, rendu solennellement la sentence suivante : *A l'honneur de la sainte et indivisible Trinité, pour l'exaltation de la foi catholique et l'extension de la religion chrétienne, de par l'autorité de Notre-Seigneur Jésus-Christ, des bienheureux apôtres Pierre et Paul et par la Nôtre, après mûre délibération, après avoir souvent imploré le secours divin, et sur l'avis de Nos vénérables Frères les cardinaux de la Sainte Eglise Romaine, des patriarches, archevêques et évêques se trouvant à Rome, Nous décrétons et définissons que les bienheureux André Bobola, martyr, Jean Leonardi et Salvator d'Horta sont saints et Nous les inscrivons au catalogue des saints ; ordonnant à l'Eglise universelle d'honorer leur mémoire avec piété et dévotion, chaque année au jour anniversaire de leur naissance au ciel, savoir pour André Bobola le 16 mai parmi les saints martyrs, pour Jean Leonardi le 9 octobre, pour Salvator d'Horta le 18 mars, les deux derniers parmi les saints confesseurs non pontifes. Au nom du Père et du Fils et du Saint-Esprit. Ainsi soit-il.*

Cette formule de canonisation une fois lue par Nous, acquiesçant à la prière que Nous adressait le susdit Auguste Milani,

Camilli Laurenti, per praedictum Augustum Milani Nobis porrectis, Decretales hasce Litteras confici expedirique iussimus et de hac ipsa trina canonizatione publicum instrumentum Protonotariis Apostolicis exarandum mandavimus. Gratias deinde omnipotenti Deo ob tantum beneficium devote peragentes, hymnum *Te Deum,* quem Nos praecinuimus, omnes gaudio exsilientes decantaverunt. Primum deinde novensilium Sanctorum patrocinio invocato, Nos homilia populum allocuti sumus in qua « *Haec est dies,* inquimus, *quam fecit Dominus ; exultemus et laetemur in ea. Hodie Christus Dominus, devicta morte, aeternitatis Nobis aditum reseravit ; hodie militans Ecclesia triumphantis Ecclesiae gaudia effusiore laetitia participat, quod tres e suis civibus, divini Redemptoris vestigia secuti, sanctitudinis sempiternaeque beatitatis compotes inerranti iudicio consecrantur* ». Breve deinde de singulis Sanctis illis praeconium teximus, eorum virtutum laudes recolentes, ut ad ipsorum egregie gesta pro viribus imitanda incendamur : ac tandem verba quae sequuntur in fine adiecimus, quae in Nostris hisce Litteris iterare collubet Nobis : *Tribus in his Caelitibus peculiaris videtur Nobis providentissimus Deus*

---

avocat consistorial, au nom de Notre cher Fils le cardinal Laurenti déjà nommé, Nous avons ordonné de rédiger et d'expédier ces Lettres décrétales et Nous avons prescrit aux Protonotaires apostoliques de dresser le procès-verbal officiel de cette triple canonisation.

Témoignant au Dieu tout-puissant sa pieuse reconnaissance pour un si grand bienfait, toute l'assistance chanta avec allégresse le *Te Deum* entonné par Nous. Après avoir ensuite imploré pour la première fois le patronage des nouveaux saints, Nous avons adressé au peuple une homélie. *Voici le jour,* disions-Nous, *que le Seigneur a fait, exultons et réjouissons-nous. Aujourd'hui le Christ, Notre-Seigneur, vainqueur de la mort, nous a ouvert la porte de l'éternité ; aujourd'hui, avec des transports de joie, l'Eglise militante participe au bonheur de l'Eglise triomphante, parce que trois de ses membres qui suivirent les traces du divin Rédempteur sont déclarés, par une sentence infaillible, possesseurs de la sainteté et de l'éternelle béatitude.* Nous avons ensuite prononcé un bref éloge de chacun de ces saints, louant leurs vertus afin de nous enflammer du désir d'imiter, dans la mesure de nos forces, leurs remarquables actions. En terminant Notre homélie, Nous avons prononcé les paroles suivantes qu'il Nous plaît de reproduire dans ces Lettres décrétales : *Dans ces trois saints, il Nous semble que la divine Providence Nous a donné un*

benevolentiae dedisse pignus ; quandoquidem iidem, populis in praesens tanto rerum discrimine turbatis, novam Ecclesiae portendunt meliorum temporum spem. Quorum Caelitum alterum, Poloniae decus, christiani Orientis et Occidentis unitatem suis precibus imploraturum confidimus, in cuius finibus ipse martyrii palmam promeruit ; alterum catholicae Hispaniae, pace tandem concordiaque redintegrata, vigentiora christianae vitae opera conciliaturum ; alterum denique sacris Missionalium expeditionibus uberiora usque incrementa deprecaturum, quas ipsemet indefaticabili studio suasit atque provexit. Benignissime iidem patriam quisque suam respiciant ; suaque tutela efficiant ut, errorum colluvione prohibita, quae ima Civitatis fundamenta subruens atque corrumpens, populos in barbariem veterem detrudere conatur, Nostra quoque aetate eaedem Nationes validissima exstent catholicae religionis civilisque cultus propugnacula. Itemque Ecclesiam universam benevolenti vultu respiciant, atque una simul comprecando a Deo impetrent, ut eius ductu e praesentibus tempestatibus victrix emergens, novos agat triumphos, omnesque gentes ad unum Iesu Christi ovile feliciter reducat. Amen. Qua homilia a Nobis habita, apostolicam benedictionem et ple-

---

gage de bienveillance spéciale, puisque ces saints, alors que les peuples sont troublés par tant de périls, font espérer des jours meilleurs pour l'Eglise. Nous avons l'espoir que l'un d'eux, gloire de la Pologne, implorera par ses prières l'union de l'Orient et de l'Occident chrétiens, lui qui gagna à leurs frontières la palme du martyre ; qu'un autre obtiendra pour la catholique Espagne, avec le retour de la paix et de la concorde, des œuvres encore plus vigoureuses de vie chrétienne ; que le troisième enfin priera pour un plus grand développement des Missions catholiques dont il fut l'infatigable inspirateur et promoteur. Que chacun d'entre eux jette un regard bienveillant sur sa patrie ; que leur intercession obtienne qu'après avoir vaincu la bourrasque d'erreurs qui, en bouleversant et en détruisant les fondements de la Cité, tendent à faire retomber les peuples dans l'antique barbarie, ces mêmes nations soient aujourd'hui encore les bastions avancés de la religion chrétienne et de la civilisation. Qu'ensuite ces nouveaux saints regardent aussi avec bienveillance l'Eglise tout entière et demandent à Dieu, dans une commune prière, que sous sa conduite elle sorte victorieuse des tempêtes présentes, qu'elle remporte de nouveaux triomphes, et conduise heureusement tous les peuples à l'unique bercail du Christ. Ainsi soit-il.

Cette homélie achevée, Nous avons donné aux assistants la

nariam admissorum indulgentiam adstantibus peramanter impertivimus atque post pontificale Sacrum, quod venerabilis Frater Noster Ianuarius S. R. E. Cardinalis Granito Pignatelli di Belmonte, Episcopus Ostiensis et Albanensis, Sacrique Collegii Decanus, rite persolvit, e superiori podio S. Petri plateam prospiciente sollemnem immenso adstanti populo, nec non *Urbi et Orbi,* benedictionem ac plenariam indulgentiam iterum impertivimus.

Praeclara itaque novensilis Sancti Salvatoris ab Horta Apostolicis his Decretalibus Litteris consecrata memoria, omnibus quae inspicienda erant bene perpensis, certa scientia, omnia et singula, quae supra memoravimus, de apostolicae potestatis plenitudine iterum confirmamus, roboramus, statuimus, decernimus, universaeque Ecclesiae Catholicae denunciamus. Mandamus insuper ut earumdem Litterarum transumptis, etiam impressis, manu tamen alicuius Notarii Apostolici subscriptis et sigillo munitis, eadem prorsus habeatur fides, quae hisce prasentibus haberetur, si ipsaemet exhibitae vel ostensae forent. Si quis vero Decretales has Litteras Nostras definitionis, decreti, adscriptionis, mandati, statuti et voluntatis Nostrae infringere vel eis ausu temerario, quod Deus avertat, contraire aut attentare prae-

---

Bénédiction apostolique et accordé avec grande bienveillance l'indulgence plénière pour les péchés. A l'issue de la messe pontificale célébrée par Notre vénérable Frère Janvier, cardinal Granito Pignatelli di Belmonte, évêque d'Ostie et d'Albano, et doyen du Sacré-Collège, du balcon supérieur de la basilique de Saint-Pierre, dominant la place, Nous avons de nouveau donné à l'immense multitude présente, et aussi à la ville de Rome et au monde entier, la Bénédiction et l'indulgence plénière.

Les choses ainsi réglées, réalisant en particulier les désirs de l'Institut des Filles de Notre-Dame de la Miséricorde, en vertu de Notre autorité suprême, par la teneur des présentes Lettres apostoliques, Nous permettons que la vénérable Servante de Dieu Maria-Josepha Rossello, du Tiers-Ordre de Saint-François, fondatrice de l'Institut très méritant des Filles de Notre-Dame de la Miséricorde, soit désormais qualifiée du titre de *bienheureuse*, et que son corps et ses reliques soient exposés à la vénération publique des fidèles, sans cependant pouvoir être portés dans les cérémonies solennelles. Nous permettons de même que les images de la Servante de Dieu soient ornées d'une auréole. Par Notre même autorité, Nous autorisons en son honneur, chaque année, la célébration, conformément aux rubriques, de la messe et la récitation de l'office du commun des Vierges, avec les Leçons et oraisons propres approuvées par Nous ; mais cela, seulement dans le diocèse de Savone où la Servante de Dieu non seulement est née, mais d'où elle est partie vers le Seigneur ; et également dans les églises et chapelles dont se servent, dans le monde entier, soit l'Institut des Filles de Notre-Dame de la Miséricorde, soit les Frères Mineurs. Cette concession profitera à tous les fidèles qui sont tenus à la récitation de l'office canonique, et pour la célébration de la messe à tous les prêtres tant séculiers que religieux, lorsqu'ils se trouveront dans ces églises et ces chapelles

nicas recitare teneantur, et, quod ad Missas attinet, ab omnibus presbyteris tam saecularibus quam religiosis ad templa sive sacella, in quibus festum agatur, convenientibus. Denique concedimus ut sollemnia Beatificationis Venerabilis Dei Famulae Mariae Iosephae Rossello, Fundatricis Instituti Filiarum Nostrae Dominae a Misericordia praelaudati, supradicta in dioecesi Savonensi celebrantur, nec non in templis sive sacellis ipsis memoratis, diebus legitima auctoritate designandis intra annum ab eisdem sollemnibus in Sacrosancta Patriarchali Basilica Vaticana peractis.

Non obstantibus Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis, nec non decretis de non cultu editis, ceterisque contrariis quibuslibet. Volumus autem ut harum Litterarum exemplis etiam impressis, dummodo manu Secretarii enunciatae Sacrorum Rituum Congregationis subscripta sint, atque eiusdem Congregationis sigillo munita, eadem prorsus fides adhibeatur in disceptationibus quoque iudicialibus, quae Nostrae voluntatis significationi, hisce ostensis Litteris, haberetur.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die VI mensis Novembris, anno MCMXXXVIII, Pontificatus Nostri decimo septimo.

E. card. PACELLI, *a Secretis Status.*

---

le jour de la fête de la Bienheureuse. Enfin, Nous concédons que l'on fasse des cérémonies solennelles en l'honneur de la béatification de la vénérable Servante de Dieu María-Josepha Rossello, fondatrice de l'Institut des Filles de Notre-Dame de la Miséricorde : dans le diocèse de Savone et, également, dans les églises et chapelles ci-dessus spécifiées. Ces cérémonies se célébreront aux jours désignés par l'autorité légitime et dans l'année qui suivra ces mêmes solennités de la béatification célébrées dans la sainte Basilique patriarcale du Vatican.

Cela, nonobstant toutes Constitutions et Ordonnances apostoliques, tout décret promulgué au sujet du non-culte et toutes choses contraires.

Nous voulons qu'aux exemplaires, même imprimés, des présentes Lettres, pourvu qu'ils soient signés de la main du secrétaire de la Sacrée Congrégation des Rites et munis du sceau de cette même Congrégation, on attribue dans les discussions même judiciaires la même créance que celle qui serait accordée à l'expression de Notre volonté par la présentation de ces Lettres dans leur original.

Donné à Rome, près Saint-Pierre, sous l'anneau du Pêcheur, le 6 novembre de l'année 1938, la dix-septième de Notre Pontificat.

E. card. PACELLI, *Secrétaire d'Etat.*

EPISTULA

ad R. P. Ildephonsum-M. Clerici, Congregationis Clericorum Regularium a S. Paulo Apostolo Praepositum generalem, quarto exeunte saeculo ab obitu S. Antonii-Mariae Zaccaria, ipsius Societatis conditoris (1).

PIUS PP. XI

DILECTE FILI, SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM.

Quinquennio ante, quum quartum saeculum a pontificia Congregationis istius approbatione feliciter compleretur, praeclara eiusdem merita paterne memorantes, iucundam fausti eventus celebrationem Nostris votis ominibusque sumus prosequuti. Nunc autem, quadrigentis iam iamque labentibus

---

LETTRE

au R. P. Ildefonse Clerici, Supérieur général de la Congrégation des Clercs réguliers de Saint-Paul, à l'occasion du IV° centenaire de la mort de saint Antoine-Marie Zaccaria, fondateur de cette Congrégation (2).

PIE XI, PAPE

CHER FILS, SALUT ET BÉNÉDICTION APOSTOLIQUE.

Il y a cinq ans, alors que se terminait heureusement le IV° centenaire de l'approbation pontificale de votre Congrégation, Nous avons paternellement rappelé les remarquables mérites de votre Institut et Nous avons accompagné de Nos vœux et de Nos souhaits la joyeuse célébration de cet anniversaire si agréable. Maintenant, au moment même où tombe le quatre centième anniversaire de la

(1) *A. A. S.*, t. XXXI, 1939, p. 164-165.
(2) Saint Antoine-Marie Zaccaria, fondateur des Clercs réguliers de Saint-Paul ou Barnabites, et aussi des Sœurs Angéliques de Saint-Paul, mourut à Crémone (Italie), le 5 juillet 1539, à l'âge de trente-six ans. Il a été canonisé par Léon XIII le 27 mai 1897.

annis a piissimo obitu sancti ipsius Societatis Conditoris, Antonii-Mariae Zaccaria, nova ac pergrata Nobis praebetur occasio vobis ex animo gratulandi, itemque sollemnia sacra, quae in proximum annum apparantur, Nostra participatione atque auctoritate cumulandi.

Integra equidem Legiferi vestri Patris vita tam claris refulget virtutibus factisque egregiis, ut si eam studiosi Christi cultores, in primisque religiosi sodales, intueantur, ad rationem christianae vitae perficiendam, ad sanctitudinis ipsius fastigia petenda fortiter exacuantur. Flagrans profecto in Deum pietas, tenerrima erga beatam Virginem observantia, profusa in proximos caritas atque in egenos miserosque liberalitas, excellens litterarum scientiarumque doctrina cum exquisita corporum animorumque morborum cognitione, perpetua denique vitae integritas cum summa humilitate coniuncta, ita in sanctissimo viro certatim enituere, tantoque circum circa splendore coruscarunt, ut ipse *angelus et pater patriae* a civibus suis appellaretur, eiusdemque domus *miserorum perfugium* haberetur. Illud praeterea memoratu exstat dignissimum, quod, Sancti Pauli Apostoli inhaerens vestigiis, Christi crucifixi cultum peculiari industria provexit, et con-

---

mort si pieuse d'Antoine-Marie Zaccaria, fondateur de votre Société, Nous avons une nouvelle et très favorable occasion de vous féliciter de tout cœur et de rehausser, par Notre participation et Notre autorité, les saintes solennités que vous préparez pour l'année prochaine.

A la vérité, la vie entière de votre Père et législateur offre des vertus si éclatantes et des œuvres si remarquables qu'à la considérer les fervents disciples du Christ, et en tout premier lieu ses religieux, sont forcément poussés à réaliser dans leur perfection les exigences de la vie chrétienne et à tendre vers les sommets de la sainteté. En effet, la piété la plus ardente pour Dieu, une tendre dévotion à l'égard de la Bienheureuse Vierge, une charité agissante envers le prochain, une libéralité inépuisable à l'endroit des pauvres et des malheureux, une culture supérieure dans le domaine littéraire et scientifique, une connaissance merveilleuse des maladies corporelles et spirituelles, enfin une pureté de vie sans défaillance jointe à la plus profonde humilité : toutes ces vertus fleurirent à l'envi dans cet homme très saint et rayonnèrent autour de lui avec un tel éclat que ses concitoyens le surnommèrent *l'ange* et *le père de la patrie* et que sa maison était regardée comme *le refuge assuré des malheureux.* Ce qui est également très digne d'être rappelé, c'est que, suivant les traces de l'apôtre saint Paul, Antoine-Marie Zaccaria a propagé avec un zèle particulier la

suetudinem sacrae Eucharistiae crebro suscipiendae instaurasse eiusdemque ritum sollemniter in triduum adorandae invexisse exhibetur. Hanc vero pretiosissimam virtutum beneficiorumque hereditatem per Clericorum regularium sacrarumque virginum Angelicarum sodalitates, quarum ipse auspicato iecit fundamenta, tradendam posteris curavit.

Quare ad paranda utiliter sollemnia quater saecularia peropportunum Congregationi isti visum est, non modo praeclarissima Conditoris exempla atque facinora commemorare, verum etiam sanctitatis studium inter sodales vehementius promovere, sollertiaeque religiosae opera magis magisque fovere, inter quae adnumerantur spirituales clericorum laicorumque exercitationes, sacrae Missiones in patria et apud exteras nationes celebrandae, ac potissimum sollicita cura adulescentium, quorum agmina in Collegiis vestris doctrina moribusque instituuntur, ut per Actionis Catholicae consociationes prae valida ecclesiasticae Hierarchiae adiumenta ad salutem animarum provehendam mature efficiantur. Quae quidem nobilissima incepta ac proposita libenti voluntate dilaudantes, tibi, Dilecte Fili, cunctaeque, cui praes, Congregationi itemque sanctimonalium Angelicarum societati

---

dévotion envers Jésus crucifié. On lui attribue aussi le rétablissement de la pratique de la communion fréquente et l'établissement du triduum d'exposition solennelle du Très Saint Sacrement appelé adoration des Quarante-Heures.

Ce très précieux héritage de vertus et de bienfaits, il eut soin d'en faire bénéficier les générations futures par le moyen de la double famille religieuse, Clercs réguliers et Religieuses Angéliques qu'il fonda si opportunément. Aussi, pour préparer d'une manière vraiment fructueuse les solennités de ce IVe centenaire, votre Congrégation a jugé très à propos, non seulement de commémorer les très remarquables vertus ainsi que les actions d'éclat du fondateur, mais aussi d'exciter plus fortement ses religieux à la poursuite de la sainteté, de développer de plus en plus les œuvres confiées à leur activité religieuse. Parmi ces œuvres, il faut placer les exercices spirituels (retraites) tant pour les clercs que pour les laïques, les missions à donner en Italie ou à l'étranger et surtout le soin vigilant des jeunes gens qui, en groupes nombreux, sont instruits et éduqués dans vos collèges, afin qu'au temps voulu, enrôlés dans les mouvements d'Action catholique, ils deviennent des auxiliaires très puissants de la hiérarchie ecclésiastique pour faire avancer l'œuvre du salut des âmes.

Louant très volontiers et pleinement ces si nobles desseins et entreprises, Nous vous félicitons grandement, vous, cher Fils, et

magnopere gratulamur, et sollemnia sacra, quae in honorem inclyti Patris Legiferi apparantur, ex animo participamus, a Deo omnium bonorum Largitore ominantes, ut frugifera studia et consilia vestra ad exoptatum exitum adducantur.

Huius interea superni praesidii nuntia et conciliatrix, peculiarisque Nostrae dilectionis testis sit Apostolica Benedictio, quam tibi, Dilecte Fili, universae a Sancto Paulo Congregationi ac sacrarum virginum Angelicarum sodalitati amantissime in Domino impertimus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die XII mensis Novembris, anno MDCCCCXXXVIII, Pontificatus Nostri decimo septimo.

PIUS PP. XI.

---

aussi toute la Congrégation que vous dirigez, ainsi que la Société des Religieuses Angéliques ; Nous Nous associons de cœur aux cérémonies et solennités sacrées que vous préparez en l'honneur de votre illustre Père et fondateur, souhaitant que, grâce à Dieu, le distributeur de tout bien, vos projets et vos entreprises très fécondes aboutissent au résultat souhaité.

En attendant, que la Bénédiction apostolique soit la messagère et l'intermédiaire du secours divin, ainsi que le témoignage de Notre particulière affection ! Cette Bénédiction, Nous l'accordons de tout cœur, dans le Seigneur, à vous, cher Fils, à toute la Congrégation de Saint-Paul et à la Société des Religieuses Angéliques.

Donné à Rome, près Saint-Pierre, le 12 novembre 1938, la dix-septième année de Notre Pontificat.

PIE XI, PAPE.

LITTERAE APOSTOLICAE

Venerabilis Dei Famula Francisca Xaveria Cabrini, Instituti Missionariarum a Sacro Corde Iesu fundatrix, Beata renuntiatur (1).

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam.

Benignus Deus miseriis hominum sublevandis singulares aliquando suscitat Filii sui Redemptoris Nostri asseclas, qui ad bonum aliorum procurandum ea, quae onerosa esse et multum praebere laboris videantur, plena voluntate et sui ipsorum contemptu propter Christum Iesum operantur, ut *coronam accipiant incorruptam :* cum enim homines multi facile sustineant consuetudinem malorum, molestias ac

---

LETTRES APOSTOLIQUES

La vénérable Servante de Dieu Françoise-Xavière Cabrini, fondatrice de l'Institut des Missionnaires du Sacré-Cœur de Jésus, est déclarée Bienheureuse.

PIE XI, PAPE

Pour perpétuelle mémoire de la chose.

En vue de porter secours aux faiblesses des hommes, Dieu, dans sa bonté, suscite, de temps à autre, des imitateurs éminents de son Fils Jésus, notre Rédempteur : imitateurs qui, avec toute leur volonté et dans un grand mépris d'eux-mêmes, accomplissent des œuvres vraiment très pénibles et exigeant beaucoup de travail ; et cela, pour le Christ Jésus, dans l'intention de procurer le bien du prochain, et pour *recevoir eux-mêmes la couronne incorruptible.* Un grand nombre d'hommes, en effet, supportent facilement des souffrances renouvelées, des peines, des travaux innombrables et pour ainsi dire infinis, à cause de leur passion pour

(1) *A. A. S.*, t. XXXI, 1939, p. 10.

labores innumerabiles ac prope infinitos propter pecuniarum vel honorum cupiditatem ac temporalem voluptatem et *illi quidem,* ut ait Apostolus, *ut corruptibilem coronam accipiant* (*I Cor.* IX, 25), quanto magis veri christifideles eos ipsos labores sustinere ac molestias non modo exoptant sed volunt, ut supernae vocationis suae bravium assequantur, gaudentes in passionibus et exultantes in tribulationibus altumque sapientes in stigmatibus propter Christum Iesum susceptis ad bonum proximorum provehendum !

Quod sane praeterito saeculo quaedam nomine Francisca Xaveria Cabrini, itala virgo, mirabiliter assequi conata est. Eadem enim Francisca, Missionariarum Sacri Cordis Iesu Instituto condito, septem iam et sexaginta domos religiosarum earumdem dum vivebat erexit, deque causa hac multa in Dei gloriam et proximi bonum est aggressa ; gravissimas omne genus inter difficultates, quas animo laeto iugiter sustinuit ; mundum propterea contempsit et asperam sibi elegit vitam laboribus plenam, quibus, nulla requie sibi imposita, continenter usque ad mortem alacriterque vacavit ; tenui licet utens valetudine negotia explevit perardua, itinera longissima periculis referta perfecit, tamen in omnibus sive bonis

---

les richesses et pour les honneurs, à cause des plaisirs sensibles : ceux-là, comme dit l'Apôtre, ne travaillent qu'en vue de recevoir *une couronne corruptible.* Mais à combien plus forte raison les véritables fidèles du Christ désirent et veulent endurer ces mêmes fatigues et ces mêmes tribulations pour recevoir le prix de leur destinée surnaturelle. Ils se réjouissent donc dans les souffrances, ils sont remplis de joie dans leurs tribulations, ils estiment comme étant ce qu'il y a de plus noble les stigmates reçus à cause du Christ lorsqu'ils ont travaillé à assurer le salut de leurs semblables.

Voilà tout ce que s'est efforcée de réaliser admirablement, durant le siècle dernier, une vierge originaire d'Italie nommée Françoise-Xavière Cabrini. En effet, après avoir fondé l'Institut des Missionnaires du Sacré-Cœur de Jésus, Françoise établit elle-même, de son vivant, soixante-sept maisons de sa Congrégation : en raison de ces fondations, elle entreprit beaucoup de choses pour la gloire de Dieu et le bien des âmes : placée au milieu des difficultés les plus graves et les plus diverses, elle y fit face toujours d'un cœur joyeux. Elle méprisa le monde, choisit une existence très occupée, s'adonnant avec ardeur au travail, sans arrêt jusqu'à sa mort, sans s'accorder aucun repos. Quoique d'une faible santé, elle réalisa les œuvres les plus ardues, fit des voyages à la fois très longs et remplis de dangers. Mais en toutes choses,

sive malis plene in Domino confisa, prae oculis verba continenter habens : *Omnia possum in eo qui me confortat.* Dioecesis Laudensis intra fines in oppido a Sancto Angelo nuncupato orta, Famula Dei idibus Iuliis, anno millesimo octingentesimo quinquagesimo, a piis honestisque parentibus eadem die sacro Baptismate abluta est, eidemque nomina Maria Francisca imposita sunt. Nomen autem Xaveria a venerabili Dei Serva postea assumptum est ob magnam erga sanctum Franciscum Xaverium devotionem suam, eiusdemque missionarium zelum admirata. A puerilibus ludis aliena pueritiam pietate christianisque virtutibus ornata transegit ; et tredecim annos nata virginitatis emisit votum, quod sex post annos in perpetuum iteravit. Prompta et vivido ingenio, publice docendi iure legitime sibi comparato, quamvis Deo inservire in aliqua iam constituta religiosa familia exoptaret, suo tamen parocho obediens, magisterium in oppido *Vidardo* fere biennium magna cum laude gessit ; dein Cottonei sex per annos orphanotrophio non multo antea creato maxima prudentia et caritate praefuit. Eodem in loco apud parvum populare Beatae Mariae Virginis Gratiarum Sanctuarium, Laudensis Episcopi consilium secuta, anno

---

dans le bonheur comme dans les épreuves, toujours remplie de confiance dans le Seigneur, Françoise avait sans cesse ces paroles bien présentes devant les yeux : *Je puis tout en Celui qui me fortifie.*

La Servante de Dieu naquit aux ides de juillet (15 juillet) 1850, dans le bourg de Sant'Angelo Lodigiano, situé dans le diocèse de Lodi, de parents pieux et honnêtes. Le jour même de sa naissance, elle fut purifiée par le saint Baptême ; on lui donna les noms de Marie-Françoise. A cause de sa grande dévotion envers saint François Xavier et de l'admiration qu'elle professait pour son zèle en faveur des Missions, la vénérable Servante de Dieu ajouta plus tard aux noms qu'elle avait reçus celui de Xaveria (Xavière).

Sans aucun penchant pour les jeux de l'enfance, elle passa ces années dans la pratique de la piété et des vertus chrétiennes. A treize ans elle fit le vœu de virginité, qu'elle renouvela six ans après, mais pour toujours. Douée d'une intelligence prompte et très vive, elle obtint le diplôme d'institutrice publique. Elle aurait souhaité entrer au service de Dieu dans une famille religieuse déjà existante. Mais, docile aux désirs de son curé, elle remplit pendant deux ans environ, avec le plus grand succès, les fonctions d'institutrice dans la localité de Vidardo. Elle dirigea ensuite durant six ans, avec une prudence consommée et la charité la plus dévouée, un orphelinat fondé à Codogno peu de temps

MDCCCLXXX die quarta decima mensis Novembris prima iecit fundamenta Instituti, quod *Missionariarum a Sacro Corde Iesu* nuncupatum, die XII mensis Martii, anno MDCCCLXXXVIII, *Decreto laudis* ab Episcoporum et Regularium Sacra Congregatione honestatum est ; supremam vero a Sancta Sede approbationem anno MCMVII die XII mensis Iulii obtinuit.

Instituti condendi exordia valde difficilia atque humillima fuere ; tantisque in discriminibus Franciscae Xaveriae prudentia ac fortitudo enituerunt ; omni quidem destituta ope, ipsa, in Divina Providentia tantum confisa, se toto pectore dedit ad novam firmandam religiosarum familiam quam Regulis seu Constitutionibus, quae valde temporibus accommodatae videntur, munivit ; quamque Apostolicae Sedis iussu uti Moderatrix generalis usque ad mortem provide rexit.

Nam in gravi hoc suo munere obeundo sorores verbo et exemplo ad pietatem, ad doctrinam, ad sese impendendas et super impendendas, ad cuncta pro Iesu amore sustinenda adversa, Dei Famula informavit : suavitate tamen ac prudentia ; atque adeo mirabiliter se aliquando gessit, ut pecu-

---

auparavant. Sur les conseils de l'évêque de Lodi, Marie-Françoise-Xavière jeta, le 4 novembre 1880, les premiers fondements de l'Institut des *Sœurs Missionnaires du Sacré-Cœur de Jésus*, dans la même localité de Codogno, près d'un petit sanctuaire populaire dédié à la Bienheureuse Vierge Marie, Mère des grâces. Cet Institut fut honoré du décret de louange de la Sacrée Congrégation des Evêques et Réguliers le 12 mars 1888, et définitivement approuvé par le Saint-Siège le 12 juillet 1907. Les débuts furent très difficiles et bien humbles, et c'est dans ces circonstances si critiques que resplendirent d'un vif éclat la prudence et la force d'âme de Françoise-Xavière. Car, privée de tout secours humain, mais pleinement confiante dans la seule Providence divine, elle s'occupa de toute son âme à affermir sa famille religieuse : la munissant de Constitutions fort bien adaptées aux temps présents, et, sur l'ordre du Saint-Siège apostolique, elle la dirigea jusqu'à sa mort comme Supérieure générale avec la plus grande sagesse.

Dans l'exercice de cette charge importante, la Servante de Dieu, à la fois par ses conseils et ses exemples, forma toujours avec douceur et habileté ses Sœurs à la piété, à l'acquisition de la science sacrée, au don complet d'elles-mêmes et au support de toutes les adversités pour l'amour de Jésus. En certaines circonstances, elle se conduisit d'une façon si admirable qu'elle sembla jouir, pour cela, d'un secours tout particulier de Dieu et

liari Dei auxilio ac Spiritus lumine pollere visa sit; in omnibus autem negotiis erga Romanum Pontificem et Sanctam Sedem observantissima, continenterque ea, quae ab Ecclesia eiusdemque Praesulibus statuta essent tanquam tutissimas agendi regulas habuit; nil denique aliud sibi constanter proposuit, nisi operibus suis suarumque sororum gloriam Dei, omnia experta quae ad bonum aliorum et quidem Italicorum spectarent, quam maxime provehere.

Tunc temporis enim miserabilior erat Italicorum, praesertim operariorum, condicio qui, patrii soli angustia et paupertate pressi, turmatim ad plura centena millia in longinquas regiones Americae potissimum, tum Septentrionalis cum Meridionalis, despectui ob paupertatem habiti, durisque addicti laboribus, spirituali auxilio plene destituti, commigrabant. Eorum miserata sortem, ut eos, qui sine templo, sine scholis, sine nosocomiis, sine spiritualibus sacri ministerii subsidiis longe a patria degebant, adiuvaret, Summi Pontificis etiam voluntati obtemperans, illuc se contulit Dei Famula vero Christi missionario spiritu commota et non semel quidem, ita ut Oceanum Atlanticum vigintiquattuor vicibus transmeaverit totamque Americam per longitudinem

---

des lumières de l'Esprit-Saint. Elle se montra toujours souverainement respectueuse à l'égard du Pontife romain et du Saint-Siège dans les affaires à traiter, s'appuyant, dans sa façon d'agir, sur les décisions de l'Eglise et des évêques, comme sur les normes les plus sûres. Enfin, dans toutes les œuvres entreprises, soit par elle-même, soit par ses Sœurs, elle n'eut jamais d'autre but que la gloire de Dieu, faisant tout le possible pour promouvoir le bien du prochain, et surtout celui des Italiens émigrés.

A cette époque, en effet, on ne pouvait imaginer de situation plus digne de pitié que celle des Italiens, ouvriers surtout, qui, contraints de quitter leur patrie par suite du peu d'étendue du sol natal et de la pauvreté, émigraient en foule, par centaines de mille, dans des régions lointaines, surtout dans les deux Amériques du Nord et du Sud. Là, méprisés à cause de leur indigence, obligés de se livrer à des travaux pénibles, ils étaient surtout privés de tout secours religieux. Emue par leur condition, et afin d'aider ceux qui, résidant loin de leur patrie, n'avaient ni églises, ni écoles, ni hôpitaux, ni aucun secours spirituel du ministère sacerdotal, obéissant d'ailleurs en cela à la volonté du Souverain Pontife, la Servante de Dieu, mue par le véritable esprit missionnaire du Christ, se rendit en Amérique, et pas seulement une fois puisqu'elle fit vingt-quatre fois la traversée de l'océan Atlantique. Infatigable, elle parcourut l'Amérique dans toute sa longueur, ne

pericula spernens tenuique sui corporis valetudini non parcens, impigre peragraverit ; ac merito propter facinora sua *mater Italorum migrantium* appellata sit.

At non modo apud populos transmarinos Americae tum Septentrionalis cum Meridionalis, sed etiam apud Europae gentes sive in Italia sive in Gallia, in Anglia quoque et in Hispania venerabilis Serva Dei consueta alacrilate suarum sororum domos instituit ut proximi bonum curaret puellarumque institutionem christianam proveheret, spiritualem tamen uniuscuiusque utilitatem quam maxime per totum vitae suae curriculum iugiter prae oculis habens; ita ut nil modernis hisce temporibus itemque sancti Evangelii praeceptis magis consentaneum quam huiusmodi factorum genus cogitari possit. Ex quibus tam magni momenti negotiis, qui sequerentur labores angoresque etsi nullo tempore recusaret, prompta semper ad agendum in nomine Domini atque auxilio Dei suffulta plus viro digna quam fragili foemina : moribus tamen plane mirabilibus continenter enituit ; et simplicitatem cordis et magnam in Divina Providentia fiduciam indeflexam palam monstravit. Animo vero libenti atque hilari Dei Famula vitam etiam poenitentem duxit : constat

---

tenant aucun compte ni des dangers ni de sa faible santé : et c'est bien à juste titre que, pour cet héroïsme, elle mérita le nom de *Mère des Italiens émigrés.*

Mais ce n'est pas seulement dans les pays situés au delà des océans, en Amérique du Nord et du Sud, que la vénérable Servante de Dieu établit, avec son activité habituelle, des maisons de ses Sœurs. Elle en fonda également dans les divers pays d'Europe, en Italie, en France, en Angleterre et en Espagne, pour travailler au bien surnaturel du prochain et à l'éducation chrétienne des jeunes filles ; mais en cela, cependant, elle garda constamment devant les yeux, avec la plus grande vigilance, l'avancement spirituel des âmes, de telle sorte qu'on ne peut rien imaginer de mieux adapté, à la fois aux temps modernes et à l'esprit du saint Evangile, que ces établissements et cette conduite des affaires. Elle ne recula jamais devant les travaux et les soucis qui, nécessairement, accompagnaient des œuvres aussi importantes. Appuyée sur le secours de Dieu, avec un courage plus facile à trouver chez un homme que chez une femme fragile, elle se montra toujours prête à agir au nom du Seigneur. En elle brillaient constamment des vertus admirables : on pouvait y contempler à découvert la simplicité de cœur et une confiance extrême, sans défaillance aucune, dans la divine Providence. C'est également avec un grand élan et dans la joie que la Servante de Dieu mena une vie péni-

sane eam parcissimam in edendo, ceteris rebus stricte necessariis ad vivendum contentam fuisse. Omnia verba sua, optata, cogitationes ad Deum dirigens, cum erga Sacratissimum Cor Iesu immenso amore flagraret, suas quoque socias sub nomine ac tutela Eius praecipua posuit ; cultum vero Beatissimae virginis Mariae, quam sub titulo Matris Gratiarum iam ab incunabulis Instituti sui Fundatricem nuncupaverat, inter eas usque ad mortem omni studio ac sollertia fovit. Cum denique omnium virtutum ornamento ac nativi etiam ingenii dotibus effulgeret, demisse semper de semetipsa sensit ; plausus, honores, laudesque fugiens, suaeque ideo humilitatis insignia sororibus exempla reliquit.

Sancta vero vita ac sollertissima functa est Dei Famula Chicagiae mense Decembri die vicesimo secundo, anno millesimo nongentesimo decimo septimo dum eadem in urbe, licet fracta laboribus, in nosocomium amplificandum incumbebat ; eiusdemque corpus antea ad locum *West Park,* haud longe a Neo-Eboracensi civitate, paucis post diebus translatum fuit atque humatum in sacello pro defunctis sui Instituti sororibus ; eademque dein in urbe Neo-Eboracensi postremis hisce annis repositum in adiecta Instituto « Mother Cabrini High School » ecclesia, inibi nunc in pace Christi quiescit.

---

tente. On admire combien elle était attentive à se montrer très sobre dans les repas et à se contenter, dans les autres choses, de ce qui était strictement nécessaire pour la vie. Dirigeant vers Dieu toutes ses paroles, ses désirs et ses pensées, elle éprouvait un immense amour pour le Sacré Cœur de Jésus ; aussi voulut-elle placer sous son vocable et sa protection spéciale ses religieuses elles-mêmes. Elle favorisa également dans sa Congrégation, de toutes ses forces et avec tout son zèle, et jusqu'à sa mort, le culte de la Bienheureuse Vierge Marie, qu'elle avait déjà nommée, dès les premiers jours, fondatrice de son Institut, sous le titre de *Mère des Grâces*. Enfin, bien qu'on vît resplendir dans la Servante de Dieu l'éclat de toutes les vertus et les dons naturels de l'esprit, elle eut toujours d'elle-même la plus basse opinion : fuyant les applaudissements, les honneurs et les louanges, et laissant à ses Sœurs des exemples héroïques de son humilité.

La Servante de Dieu termina sa vie sainte et très active à Chicago, le 22 décembre 1917, alors que, déjà sans forces, elle s'occupait, dans cette ville, d'agrandir un hôpital. Peu de jours après, son corps fut transporté au lieu nommé *West Park,* non loin de la ville de New-York, et inhumé dans le caveau des Sœurs de son Institut. En ces dernières années (1933), il fut

Ab illo tempore christifideles ad Famulae Dei sepulcrum gratias a Deo per eius intercessionem adprecantes continenter confluunt, admirandas virtutes stupendaque recolentes gesta, quae Nostrorum etiam Decessorum rec. mem. Leonis Pp. XIII, Pii Pp. X ac Benedicti Pp. XV, nec non plurimorum tum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium tum Episcoporum, itemque civilium sive in Italia sive in America magistratuum suffragiis testimoniisque praedicabantur. Nil propterea mirum si, inquisitionibus ordinariis tum Chicagiensi tum in Laudensi dioecesi rite iam peractis, beatificationis venerabilis Famulae Dei Franciscae Xaveriae Cabrini causa a Nobismetipsis digna habita fuerit, quae Sacrae Rituum Congregationi cognoscenda committeretur ; ita ut anno millesimo nongentesimo tricesimo primo Nos ipsi die tricesima mensis Martii manu propria Commissionem Causae signaverimus.

Eademque, introducta cum fuerit, minoribus interea superatis iudiciis, adeo progressa deinceps fuerit, ut mox etiam super venerabilis Servae virtutibus disceptari coeptum sit ; Nosque, amplo decreto nono kalendas Decembris anni millesimi nongentesimi tricesimi septimi edito, venerabilis Dei

---

déposé dans la chapelle de l'Ecole supérieure « Madre-Cabrini ». C'est là qu'il repose actuellement, dans la paix du Christ.

Depuis ce moment, c'est un afflux continuel de fidèles se rendant au tombeau de la Servante du Christ, pour obtenir de Dieu par son intercession des grâces ; une fois exaucés, ils ont fait connaître les faveurs extraordinaires obtenues et les miracles opérés : ces faits merveilleux et ces faveurs ont reçu l'approbation et le témoignage de Nos prédécesseurs d'heureuse mémoire, les Papes Léon XIII, Pie X et Benoît XV ; et également de beaucoup de prélats de la Sainte Eglise Romaine, cardinaux, évêques, et enfin des magistrats civils, en Italie et en Amérique. Il n'y a donc rien d'étonnant que la cause de béatification de la vénérable Servante de Dieu Françoise-Xavière Cabrini ait été jugée, par Nous, digne d'être confiée à la Sacrée Congrégation des Rites, après que les procès ordinaires eussent été régulièrement accomplis, dans les diocèses de Chicago et de Lodi : de telle façon que Nous avons signé, de Notre propre main, la Commission d'introduction de la cause, le 30 mars 1931.

Après son introduction et l'heureux achèvement des formalités préliminaires, cette cause progressa si vite, dans la suite, qu'on put commencer à discuter au sujet des vertus de la vénérable Servante de Dieu ; et Nous-même avons déclaré, dans un décret solennel, promulgué le 9 des calendes de décembre (21 novembre)

Famulae Franciscae Xaveriae Cabrini virtutes heroicum attigisse fastigium declaraverimus. Agitata dein quaestione de duobus miraculis, quae in ea ipsa America, in qua ad animorum bonum atque ad Dei gloriam memorata *Italorum emigrantium mater* plurimum sane adlaboravit, per eiusdem intercessionem a Deo patrata ferebantur, post duas Congregationes, antepraeparatoriam scilicet et praeparatoriam, nec non aliam generalem congregationem, quae coram Nobis die decima nona mensis Iulii, hoc ipso anno habita est, rebus omnibus acerrimo iudicio investigatis, die tricesima prima mensis Iulii anno volvente millesimo nongentesimo tricesimo octavo proposita miracula constare Nosmetipsi sancivimus, ulteriusque propterea in casu procedi posse. Cum igitur esset de virtutum heroicitate deque miraculis prolatum consilium, illud tantum supererat discutiendum num Venerabilis ipsa Dei Famula inter Beatos coelites tuto recensenda foret. Hoc dubium a Dilecto Filio Nostro Alexandro Sanctae Romanae Ecclesiae cardinali Verde, Causae relatore, propositum est in Comitiis generalibus coram Nobis in Apostolico Palatio apud Castrum Gandulphi habitis die secunda mensis Augusti anni vertentis, omnesque qui aderant, tam cardinales quam Sacrorum Rituum consultores, unanimi consensione affirmative

---

de l'année 1937, que les vertus de la vénérable Servante de Dieu Françoise-Xavière Cabrini avaient atteint le degré héroïque.

L'on traita ensuite des deux miracles que l'on disait avoir été obtenus de Dieu grâce à l'intercession de la Servante de Dieu, en Amérique, pays où la *Mère des Italiens émigrés* avait beaucoup certes travaillé pour le bien des âmes et la gloire divine. On tint à leur sujet les deux Congrégations ordinaires, nommées antépréparatoire et préparatoire. Puis, le 19 juillet de cette année 1938, fut tenue en Notre présence la Congrégation générale. Toutes choses ayant été très minutieusement examinées et débattues, Nous avons déclaré, le 31 juillet de la présente année 1938, qu'il y avait évidence au sujet des miracles proposés, et que dès lors on pouvait aller plus avant dans la procédure.

Puisque, donc, il y avait déjà eu jugement affirmatif sur l'héroïcité des vertus et les miracles proposés, il ne restait plus à discuter que ce point : pouvait-on, en toute sûreté, inscrire la vénérable Servante de Dieu au nombre des Bienheureux ? Ce doute fut proposé par Notre cher Fils le cardinal Alexandre Verde, ponent de la cause, et discuté dans la Congrégation générale qui se tint en Notre présence, le 2 août de l'année en cours, au Palais apostolique de Castel-Gandolfo. A cette question, tous les assistants, cardinaux et consulteurs des Sacrés Rites, don-

responderunt. Nos autem in tanti momenti negotio Nostram aperire mentem distulimus, donec enixis precibus a Patre luminum subsidium posceremus. Quod cum impense fecissemus, tandem mensis Augusti huiusmet anni die sexta, Tranfigurationi dicata Domini Nostri Iesu Christi, qui cum sit *Candor lucis aeternae, speculum sine macula et imago bonitatis* (*Sap.* VII, 26), suam hanc formam in venerabili Francisca Xaveria mire impressit, Eucharistico Sacro rite litato, adstantibus Dilectis Filiis Nostris Camillo Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali Laurenti recentis memoriae, qui tunc temporis Sacrorum Rituum Congregationi praepositus erat, atque Alexandro Cardinali Verde, Causae Ponente seu relatore, nec non dilectis filiis Alphonso Carinci, Congregationis Rituum Secretario, et Salvatore Natucci, Sanctae Fidei Promotore Generali, auctoritate Nostra apostolica ediximus tuto procedi posse ad sollemnem Dei Famulae Franciscae Xaveriae Cabrini beatificationem.

Quae cum ita sint, universae Religiosae Familiae Missionariarum a Sacro Corde Iesu ab eadem fundatae vota implentes, praesentium Litterarum tenore atque Apostolica auctoritate Nostra facultatem facimus ut venerabilis Dei Famula Francisca Xaveria Cabrini, ipsius Instituti missio-

---

nèrent unanimement une réponse affirmative. Pour Nous, dans une affaire d'une si grande importance, Nous différâmes de donner Notre avis jusqu'à ce que, par d'instantes supplications, Nous eussions obtenu le secours du Père des lumières. Après de ferventes prières, le 6 août de cette même année, jour consacré à la Transfiguration de Notre-Seigneur Jésus-Christ, *resplendissement de la lumière éternelle, miroir sans tache et image de bonté*, perfections que le Sauveur a imprimées d'une façon merveilleuse dans l'âme de la vénérable Françoise-Xavière : après avoir offert le Saint Sacrifice de la Messe : en présence de Nos chers Fils les cardinaux Camille Laurenti, mort récemment, alors préfet de la Sacrée Congrégation des Rites, et Alexandre Verde, ponent de la cause; en présence, également, de nos chers Fils Alphonse Carinci, secrétaire de la Sacrée Congrégation des Rites, et Salvator Natucci, promoteur général de la foi : en vertu de Notre autorité apostolique, Nous avons déclaré qu'on pouvait, en toute sûreté, procéder à la béatification solennelle de la Servante de Dieu Françoise-Xavière Cabrini.

Ainsi donc, réalisant les souhaits de toute la famille religieuse des Missionnaires du Sacré-Cœur de Jésus, dont elle est la fondatrice : par les présentes Lettres et en vertu de Notre autorité apostolique, Nous permettons que, désormais, la vénérable Ser-

narii fundatrix, *Beatae* nomine in posterum nuncupetur, eiusque corpus ac lipsana, seu reliquiae, non tamen sollemnibus in supplicationibus deferenda, publicae fidelium venerationi proponantur, atque imagines Eius radiis decorentur. Praeterea eadem Apostolica Nostra auctoritate concedimus ut de illa recitetur Officium et Missa celebretur singulis annis de Communi Virginum, cum lectionibus et orationibus propriis per Nos adprobatis, iuxta Missalis et Breviarii Romani rubricas. Huiusmodi vero Officii recitationem Missaeque celebrationem fieri dumtaxat concedimus in dioecesi Laudensi, ubi nata est Serva Dei, atque in Chicagiensi archidioecesi cum Chicagiae migraverit ad Dominum, et in Neo-Eboracensi, ubi corpus in pace quiescit ; itemque in templis et sacellis ubique terrarum sitis, quibus utitur Institutum Missionariarum a Sacro Corde Iesu, ab omnibus fidelibus, qui horas canonicas recitare teneantur, et quod ad Missas attinet, ab omnibus presbyteris tam e saeculari quam e religioso clero ad ecclesias sive sacella, in quibus festum agatur, convenientibus. Demum facultatem impertimur ut sollemnia beatificationis venerabilis Servae Dei Franciscae Xaveriae Cabrini supradictis in templis seu sacellis celebrentur,

---

vante de Dieu Françoise-Xavière Cabrini, fondatrice de cet Institut missionnaire, soit appelée du nom de *Bienheureuse ;* de même, Nous permettons que son corps et ses reliques soient proposés à la vénération publique des fidèles, sans cependant pouvoir être portés dans les processions solennelles, et que ses images soient ornées de l'auréole des bienheureux. En plus, en vertu de cette même autorité apostolique, Nous concédons que, conformément aux rubriques du Missel et du Bréviaire romain, chaque année, en son honneur, on récite l'office et on célèbre la Messe du Commun des vierges, avec les leçons et les oraisons propres approuvées par Nous. Cependant, la récitation de cet office et la célébration de cette Messe ne sont concédés que pour les diocèses de Lodi, où la Servante de Dieu est née, l'archidiocèse de Chicago, d'où elle s'est envolée vers le Seigneur, et de New-York où repose son corps. De même, la récitation de l'office et la célébration de la Messe de la Bienheureuse sont concédées pour toutes les églises et oratoires dont se sert dans le monde l'Institut missionnaire du Sacré-Cœur de Jésus ; cette même concession est faite à tous les fidèles qui sont tenus à la récitation de l'office canonique, et pour la célébration de la Messe, à tous les prêtres tant séculiers que réguliers qui se trouveraient dans ces églises et chapelles le jour où l'on célèbre cette fête. Nous accordons enfin que l'on fasse des cérémonies solennelles, en l'honneur de la béatification de la

diebus legitima auctoritate designandis, intra annum, servatis servandis, postquam sollemnia eadem in Sacrosancta patriarchali basilica Vaticana fuerint peracta. Non obstantibus Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis ac decretis de non cultu editis ceterisque contrariis quibuslibet. Volumus autem ut harum litterarum exemplis, etiam impressis dummodo manu Secretarii Sacrae Rituum Congregationis subscripta sint atque eiusdem Congregationis sigillo munita, in disceptationibus etiam iudicialibus eadem prorsus fides adhibeatur, quae Nostrae voluntatis significationi, hisce ostensis Litteris, haberetur.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XIII mensis Novembris, anno MCMXXXVIII, Pontificatus Nostri decimo septimo.

E. card. PACELLI, *a Secretis Status.*

---

vénérable Servante de Dieu Françoise-Xavière Cabrini, dans les églises et chapelles ci-dessus désignées, aux jours indiqués par l'autorité légitime, dans l'année qui suivra le moment où ces mêmes solennités ont été célébrées dans la basilique patriarcale du Vatican.

Cela, nonobstant toutes constitutions et ordonnances apostoliques : tous décrets promulgués au sujet du non-culte, et toutes autres choses contraires.

Nous voulons qu'aux exemplaires, même imprimés, des présentes Lettres, pourvu qu'ils soient signés par le secrétaire de la Sacrée Congrégation des Rites et munis du sceau de cette Sacrée Congrégation, on attribue dans les discussions, même judiciaires, la créance qui serait accordée à l'expression de Notre volonté manifestée par la présentation de l'original de ces Lettres.

Donné à Rome, près Saint-Pierre, sous l'anneau du Pêcheur, le 13 novembre 1938, la dix-septième année de Notre Pontificat.

E. card. PACELLI, *Secrétaire d'Etat.*

LITTERAE APOSTOLICAE

Venerabilis Dei Famula Maria Dominica Mazzarello, confundatrix Instituti Filiarum Mariae Auxiliatricis, Beata renuntiatur (1).

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam.

Anno millesimo nongentesimo tricesimo quarto in Sanctorum numerum Nos ipsi sollemniter adscriptum ediximus Sanctum Ioannem Bosco, qui, Societatis a Sancto Francisco Salesio fundator nec non Instituti Filiarum Beatae Mariae Auxiliatricis, ut hisce modernis temporibus ob inventorum, disciplinarum atque artium progressiones plus aequo elatas iuvenes puellaeque christianae sapientiae principia ne obliterarent et ab Ecclesia Dei ne abducerentur, incensa erga

---

LETTRES APOSTOLIQUES

déclarant Bienheureuse la vénérable Servante de Dieu Marie-Dominique Mazzarello, cofondatrice de l'Institut des Filles de Marie-Auxiliatrice (2).

PIE XI, PAPE

Pour perpétuelle mémoire de la chose.

En 1934, Nous inscrivions Nous-même, solennellement, au nombre des saints le fondateur de la Société salésienne et de l'Institut des Filles de Marie-Auxiliatrice, saint Jean Bosco. Pour empêcher que l'exaltation démesurée des progrès accomplis en ces temps modernes dans les inventions, les sciences et les arts n'écartât de l'Eglise de Dieu la jeunesse, en lui faisant oublier les principes de la sagesse chrétienne, cet apôtre, mû par une ardente charité mêlée de compassion, se constitua son pro-

(1) *A. A. S.*, t. XXXI, 1939, p. 16-20.
(2) Traduction empruntée au *Bulletin salesien*, janvier 1939.

eos easque caritate et misericordia complexus, res, Deo iuvante, mirandas iisdem tutandis patravit operariosque idoneos efformavit multos nostraeque societati veluti in hereditatem reliquit, qui imbuti eius spiritu eumque vestigiis feliciter secuti in vinea Domini alacriter continenterque adlaborarent.

Ad suum autem pro sororibus puellisque Institutum sub invocatione Mariae Auxiliatricis constituendum ac propagandum Sanctus Ioannes praedictus adiutricem habuit validissimam Mariam Dominicam Mazzarello, quae sub sapienti sancti eiusdem magisterio, quamvis usque ad mortem magnis humilitatis sensibus quam maxime enituerit, oboedientia tamen coacta ipsius novae religiosae familiae ab incunabulis eiusdem regimen suscepit ; tanto consilio, licet solum decem fere annorum spatio, tenuit ; tantaque sollertia dilatavit, ut merito confundatricis titulo a Sacra Rituum Congregatione postea decorata fuerit.

Dioecesis Aquensis apud montanum locum, quem « Mornese » nuncupant, Venerabilis Dei Serva nata est die nona mensis Maii, anno millesimo octingentesimo tricesimo septimo, a parentibus, honestis piisque ruriculis, ipsique, salutaribus eadem die Baptismatis aquis ablutae, nomina Maria

---

tecteur et, avec l'aide de Dieu, réalisa en sa faveur des œuvres admirables. Il forma aussi et laissa comme héritage à la Société de nombreux et valeureux ouvriers qui, pénétrés de son esprit, marcheraient avec succès sur ses traces et travailleraient avec entrain et persévérance dans la vigne du Seigneur.

Pour la fondation et la propagation de son Institut féminin sous le vocable de Marie-Auxiliatrice, saint Jean Bosco trouva une puissante collaboratrice dans la personne de Marie-Dominique Mazzarello. Celle-ci, en dépit d'une profonde humilité dont elle ne se départit jamais, accepta par obéissance de gouverner dès le début, sous la sage direction du Saint, la nouvelle famille religieuse. Sa prudence dans l'exercice de cette charge et l'accroissement de l'œuvre, pendant moins de dix ans qu'elle l'occupa, lui ont mérité de la part de la Sacrée Congrégation des Rites le titre de cofondatrice.

La Servante de Dieu naquit le 9 mai 1837 à Mornèse, pays du diocèse d'Acqui, dans le Haut-Montferrat. Ses parents, cultivateurs honnêtes et pieux, la firent baptiser le jour même et lui donnèrent les prénoms de Marie-Dominique. Dès la plus tendre enfance elle manifesta une grande modestie dans ses paroles, sa tenue, sa démarche et sa vie. Docile aux soins affectueux de ses parents, bien que dotée par la nature d'une intelligence très vive et d'un

Dominica imposita sunt. Ab ineunte aetate modestiam in ore, habitu, incessu, moribusque suis eximiam ostendit ; amantissimis religiosorum parentum suorum curis respondens, quamvis vividum sortita ingenium vehementem immo naturam, ad praecepta docilis eorum et voluntati obsequens, ea ipsa etiam minus sibi acceptabilia, quae ei praescripta vel tantum suasa essent, statim explebat.

Progredientibus annis puritatis suae lilium integrum servare omni prorsus studio intendit pietatisque flores augere, ita ut, puellula adhuc, voto perpetuae castitatis se obstrinxerit, et ad cotidie Missam audiendam horis antelucanis rigidi etiam hiemis ad paroecialis ecclesiae ianuas nondum patentes algidum aërem, frigus, nivemque perferens diu exspectare ne timuerit ; de sero autem cum ad ecclesiam accedere sibi non daretur, versus eam conversa e domo, fenestris apertis, preces effundens genibus flexis humi longas protraxerit moras. Postquam adulescentula ad Eucharisticas Dapes accessit, mox erga Iesum Christum amore ardenti flagrans, Sacram Synaxim cotidie assumebat.

Interea abhorrens a vanitate foeminarum propria et a mundanis oblectamentis aliena, vel rem domesticam matre duce domi gerebat diligentia haud communi, vel in vineis familiaribus sub sollicita genitoris tutela sollertem agrorum

---

tempérament violent, elle respectait leur volonté et exécutait fidèlement leurs ordres ou leurs conseils, même les moins conformes à ses goûts.

Au fur et à mesure qu'elle grandissait, sa vigilance se faisait plus attentive pour conserver intact le lis de la pureté et assurer l'éclosion de sa piété. Toute jeune encore elle fit le vœu de chasteté perpétuelle. D'autre part, chaque matin, même au plus fort de l'hiver, elle se levait avant le jour pour pouvoir entendre la sainte messe à l'église paroissiale, et parfois ne craignait pas d'attendre longuement, exposée au froid, au vent et à la neige, l'ouverture des portes. Le soir, quand elle ne pouvait retourner à l'église, elle s'agenouillait par terre, chez elle, regardait dans sa direction par la fenêtre ouverte et demeurait ainsi de longs moments en prière. Admise dans les premières années de son adolescence à la Table sainte, elle se sentait brûler d'amour pour Jésus-Hostie et prit bien vite l'habitude de communier tous les jours.

Son mépris était profond pour toutes les formes de vanité féminine, et elle se gardait bien de prendre part aux divertissements du monde. A la maison, c'est avec une diligence rare qu'elle secondait sa mère dans les travaux domestiques et une habileté éprouvée qu'elle aidait son père dans l'entretien de la vigne.

laboribus operam libenter dabat. Sed cum quindecim annos nata gravi morbo correpta fuerit, agresti vita relicta, Famula Dei ad suendi artem perdiscendam se dedit, ut postea in aptam domum alias vici puellas congregaret, quas non modo artem memoratam doceret sed e periculis ereptas ad agnoscendum etiam et amandum Iesum traheret atque adduceret.

Cum vero Piae Mariae Immaculatae Unioni nomen dederit, post aliquod tempus addita sibi socia ex eadem Unione, vitam fere religiosarum more aggredi coepit, ut puellas sibi creditas non modo rebus domesticis et arte suendi sed officiis quoque pietatis ac religionis facilius educaret. Sic provide tanquam e parvo semine ex hoc genere vitae sensim sine sensu initia futuri Instituti Filiarum Mariae Auxiliatricis constitui videntur.

Hac enim vivendi Mariae Dominicae eiusque sociarum ratione cognita, sanctus Ioannes Bosco, qui tunc temporis, suadente quoque Pio PP. IX Decessore Nostro, aliud suo pro pueris priori simile Institutum puellis instituendis destinatum consulto conceperat, ne sibi deessent aptae sive in ipso Instituto condendo sive in eodem moderando ac ministrando adiutrices, quandam vitae ducendae normam Servae

---

Mais une grave maladie contractée à l'âge de quinze ans obligea Marie-Dominique à renoncer aux fatigues de la vie des champs. Elle se fit alors apprentie couturière. Ce métier, pensait-elle, lui permettrait plus tard d'ouvrir une maison pour y réunir d'autres jeunes filles du village. On y ferait de la couture ; mais surtout ces jeunes filles, soustraites aux dangers moraux, se laisseraient peu à peu gagner à Jésus qu'elles auraient appris à connaître et à aimer.

Elle s'inscrivit tout d'abord à la Pieuse Union de Marie-Immaculée. Puis, au bout de quelque temps, se livra, avec une de ses compagnes de la Pieuse Union, à une sorte de vie religieuse. Elle pouvait s'adonner plus facilement à l'éducation complète de ses élèves et leur faire pratiquer leurs devoirs religieux tout en assurant leur formation ménagère et professionnelle. Sur cette assise, humble comme la semence que l'on jette en terre, la Providence se réservait de faire monter graduellement un vaste édifice organisé, l'Institut des Filles de Marie-Auxiliatrice.

C'était en effet l'époque où saint Jean Bosco, encouragé par Notre prédécesseur Pie IX, projetait de réaliser en faveur des filles une œuvre identique à celle qu'il avait déjà mise sur pied pour les garçons. Dès qu'il connut Marie-Dominique et ses compagnes, il décida d'en faire ses collaboratrices pour la fondation et le maintien de sa nouvelle institution. Il commença donc par donner à la petite communauté quelques directives de vie. Puis,

Dei sociisque dedit ; easque vero, felice inceptus quem optaverat exitu comperto, opportunis stabilibusque regulis munivit. At initia operis frugiferi difficultates omne genus gravarunt, sive quae ab hominibus procedebant immo a parentibus propinquisque novensilium religiosarum, sive quae a victu ceterisque vitae necessitatibus, ita ut Instituti praesertim exordio Famula Dei eiusque sociae paupertate vel potius egestate magna laboraverint, quamvis etiam tunc sanctum Ioannem Bosco imitata venerabilis ipsa spem suam plenissima fide in Deo conlocaret, ac propterea nihil eius animi tranquillitatem ac fiduciam turbare valeret.

Familiae religiosae primis temporibus in oppido natali Servae Dei constitutae regimen venerabilis Maria Dominica potestate antea tantum vicaria quasi ad tempus tenuit ; sed duobus post annis ab Instituti Filiarum Mariae Auxiliatricis initio, scilicet anno millesimo octingentesimo septuagesimo quarto, Venerabilis ipsa unanimi sororum suffragio moderatrix generalis renuntiata est ; apparuitque tunc quam profundae humilitatis spiritu Famula Dei imbuta esset : nonnisi enim vi obedientiae ac verbis quoque suadentibus sancti Ioannis Bosco, qui religiosarum capitulo intererat, adduci potuit ut ad Institutum regendum se se apponeret. Cum

---

comme l'essai avait produit d'excellents résultats, il en vint à des Règles définitives.

Mais les débuts de cette œuvre appelée à porter de si beaux fruits furent entravés par des difficultés de toutes sortes. Elles venaient des hommes, voire des parents des nouvelles religieuses, et des conditions de vie. Car il fallait assurer la subsistance et faire face aux autres nécessités de l'existence. En cela nos religieuses connurent non seulement la pauvreté, mais une véritable indigence, surtout dans les premiers temps. Toutefois la Servante de Dieu ne perdait au milieu de l'épreuve ni sa sérénité ni sa confiance. C'est qu'à l'exemple de saint Jean Bosco et avec la même foi inébranlable, elle avait placé en Dieu toutes ses espérances.

Le gouvernement de la famille religieuse, établie en premier lieu à Mornèse, n'appartint tout d'abord à la Servante de Dieu qu'avec le titre de vicaire et temporairement. Mais deux ans après la fondation de l'Institut des Filles de Marie-Auxiliatrice, c'est-à-dire en 1874, ses Sœurs l'élurent à l'unanimité Supérieure générale. C'est alors surtout que se révéla l'esprit d'humilité dont elle était animée. Elle n'accepta cette charge nouvelle avec son titre que contrainte par les paroles persuasives de saint Jean Bosco, qui avait assisté au Chapitre des Sœurs, et par l'obéissance. Et tandis qu'elle continuait de se juger inapte à la direction de

tamen oneri atque honori moderatricis novi Instituti prorsus imparem se existimaret, eius virtutes insignes, promptum ac nativum in rebus practicis gerendis ingenium, magna denique sua fiducia in Ioanne Bosco tanquam in sancto viro conlocata, ita ut ab illius voluntate nutuque iugiter docilis penderet illiusque spiritu caritatis ut imbuerentur sociae diligentissime curaret, omnium sororum alumnarumque eius existimationem et affectum Eidem conciliarunt. In perficiendo autem et ampliando Instituto, tum quidem vix inchoato, quamvis litterarum paene rudis, optima prudentiae, sollertiae ac sapientiae suae specimina dedit ; semper tamen matrem sororibus se ostendens, occasione data, humilitate plenam.

Nil mirum propterea si Filiarum Mariae Auxiliatricis Institutum, adhuc Maria Dominica vivente, mirabiliter propagatum fuerit ; postea vero adprobatum et ab Apostolica Sede confirmatum per orbem fere totum vel in Missionum etiam locis inter infideles, visibili Dei auxilio, dilatatum sit ; ita ut plura Filiarum Mariae Auxiliatricis millia nunc in emolumento animarum promovendo atque in christiana puellarum praesertim institutione procuranda, primam suam magistram ac moderatricem vestigiis fideliter secuta, fructuose laborent. Niceae Montis ferrati, cum eandem in urbem anno millesimo

---

l'œuvre, ses insignes vertus, son sens inné des affaires, sa confiance illimitée en Don Bosco qu'elle vénérait comme un saint, à l'égard de qui elle professait une entière soumission et dont elle s'efforçait d'inculquer l'esprit de charité à ses subordonnées, tout cela lui conciliait l'estime et l'affection de toutes les Sœurs et de toutes les élèves.

Bien qu'elle fût quasi illettrée, elle fit faire de rapides progrès à l'Institut naissant et donna dans son administration de magnifiques exemples de prudence, d'habileté et de sagesse. Cependant elle traitait toujours ses Sœurs comme une véritable mère et, à l'occasion, ne craignait pas de s'humilier devant elles.

Rien d'étonnant dès lors si de son vivant l'Institut des Filles de Marie-Auxiliatrice connut déjà un développement admirable. Il ne tarda pas à être approuvé et confirmé par le Siège apostolique et, avec l'aide visible de Dieu, se répandit pour ainsi dire dans le monde entier, jusque chez les infidèles. A l'heure actuelle il compte plusieurs milliers de religieuses qui se dépensent avec succès au service des âmes et travaillent particulièrement à l'éducation chrétienne des fillettes et des jeunes filles, en suivant fidèlement les traces de leur première maîtresse et supérieure.

A Nizza, dans le Montferrat, où la maison-mère avait été transférée en 1878, la Servante de Dieu tomba gravement malade et

octingentesimo septuagesimo octavo princeps Instituti domus iam fuerit translata, gravi morbo correpta Dei Famula imminentis mortis nuntium laeta accepit, infirmi corporis dolores submisso patientique animo perferens ac dissolvi cupiens et esse cum Christo, Ecclesiae sacramentis iterum iterumque munita, Iesu, Mariae, Ioseph sanctissima nomina ore clamitans, placidissimo exitu supra quadragesimum quarto suae aetatis anno ad coelestis Sponsi nuptias die quartadecima mensis Maii, anno millesimo octingentesimo octogesimo primo convolavit.

Iam multo ante ipsa mortem suam proximam praesentiebat ; sed non inclementia tempestatis, non difficultates itinerum, non dolores corporis aut infirmitas valetudinis Venerabilem Dei Famulam detinere potuerant, quin dissitas quoque Instituti domos inviseret ad socias in bonum firmandas. Iugiter in omnibus vitam egerat in exemplum adducendam. Simplex in agendo, parca in sumendis cibis, impigra in explendis officiis, larga etsi pauperrima in donando, prudens ac fortis in sociis moderandis, quamvis in rebus Instituti Sancto Ioanni Bosco se totam committeret, in orando piissima, in innocentiae nitore ac virginitatis servando diligentissima. In Eucharistiam vividissima religione flagrabat quasi praesentem Iesum suis oculis videret, neque minore ardore

---

reçut joyeusement l'annonce de sa fin prochaine. Elle supporta avec soumission et patience les douleurs de la maladie, heureuse de quitter bientôt cette terre pour aller s'unir au Christ. Puis, munie à plusieurs reprises des sacrements de l'Eglise, elle expira dans le calme, en prononçant les saints noms de Jésus, Marie, Joseph, et s'envola vers son céleste Epoux, le 1er mai 1881. Elle était âgée de quarante-quatre ans.

Depuis longtemps déjà elle avait le pressentiment de sa mort. Mais ni la rigueur de la saison, ni la fatigue des voyages, ni les souffrances, ni la débilité de son organisme n'avaient pu l'empêcher de visiter les maisons, même les plus éloignées, de l'Institut pour affermir ses Sœurs dans le bien.

Sa vie avait été en tout point exemplaire. Elle était simple dans toutes ses actions, frugale dans ses repas, active dans l'exercice de sa charge, généreuse dans l'aumône malgré sa pauvreté, prudente et énergique dans sa direction — pour tout ce qui regardait le gouvernement de l'Institut, elle continuait d'ailleurs de se confier tout entière à saint Jean Bosco, — d'une piété vive dans la prière, d'une attention soutenue pour conserver la candeur de l'innocence et de la virginité. A l'égard de l'Eucharistie elle nourrissait une ardente dévotion et semblait jouir de la présence

Beatam Virginem sub titulo praecipue Auxiliatricis colebat. Aliquando etiam secretorum cordium ac spirituum discretione pollere visa est. Sanctitatis proinde fama, qua iam dum vitam mortalem agebat, Venerabilis Dei Famula exornabatur, post eius obitum ac funus in dies vividior apud omnes facta est.

Nil mirum proinde si ab anno millesimo nongentesimo decimo primo ad annum millesimum nongentesimum decimum septimum Ordinaria auctoritate processus de more facti sint, ac Nosmetipsi anno millesimo nongentesimo vicesimo quarto manu propria, die vicesima mensis Maii, Introductionis Causae Commissionem signaverimus. Inquisitionibus igitur iudicialibus in Famulae Dei vitam resque gestas ad iuris normam expletis, ceterisque omnibus rite absolutis, Nos, cum mox etiam super Venerabilis Servae Dei virtutibus disceptari coeptum sit, decreto quinto nonas Maias anno millesimo nongentesimo trigesimo sexto edito, Venerabilis Dei Famulae Mariae Dominicae Mazzarello virtutes heroicum attigisse fastigium declaravimus. Postea quaestio suscepta est de duobus miraculis, quae, ipsa virgine intercedente, patrata a Deo ferebantur ; Nosque, rebus omnibus iudicio severis-

---

visible de Jésus. Sa piété envers la Sainte Vierge, qu'elle honorait spécialement sous le titre d'Auxiliatrice, n'était pas moindre. Elle manifesta également en quelques occasions le don de pénétration des esprits et des cœurs. Aussi le renom de sainteté dont elle jouissait dès sa vie mortelle alla-t-il grandissant après sa mort et ses funérailles.

Voilà pourquoi de 1911 à 1917 se déroulèrent les procès de l'Ordinaire. Le 20 mai 1925, Nous avons signé de Notre propre main l'introduction de la Cause à Rome. Puis, une fois accomplie selon les règles l'enquête judiciaire sur la vie et les œuvres de la Servante de Dieu, ainsi que toutes les autres prescriptions du droit, Nous avons, par décret rendu le 11 mai 1936, déclaré que les vertus de la vénérable Marie-Dominique Mazzarello avaient atteint le sommet de l'héroïcité.

Ensuite vint l'enquête sur les deux miracles accomplis par le ciel à l'intercession de la Servante de Dieu. Les faits invoqués furent passés au crible du jugement le plus sévère et déclarés pleinement authentiques dans les deux séances antépréparatoire et préparatoire, et dans la séance générale, tenue en Notre présence le 10 mai 1938. Nous avons donc, par un autre décret publié le 25 du même mois, sanctionné la vérité de ces prodiges et déclaré que l'on pourrait poursuivre la Cause.

Il restait désormais à voir si la Vénérable pouvait, en toute

simo ponderatis, cum eadem vera atque explorata fuerint renuntiata post duas Congregationes antepraeparatoriam nempe ac praeparatoriam, nec non aliam Generalem Congregationem, quae coram Nobis die decima mensis Maii anni huius habita est, per decretum septimo Kalendas Iunias vertentis anni editum de utroque miraculo constare ediximus, ulteriusque proinde in casu procedi posse.

Illud igitur discutiendum supererat num Venerabilis Ancilla Dei inter Beatos coelites recensenda tuto foret. Hoc dubium propositum est a dilecto filio Nostro Alexandro Sanctae Romanae Ecclesiae cardinali Verde, Causae Ponente seu Relatore in generali Sacrae Rituum Congregationis coetu coram Nobis habito die decima nona mensis Iulii, volventis anni, omnesque tum Cardinales Sacris tuendis Ritibus praepositi tum qui aderant Patres Consultores unanimi suffragio affirmative responderunt. Nos tamen in tanti momenti re Nostram aperire mentem distulimus precesque iterandas esse censuimus, ut ad sententiam in tam gravi negotio ferendam caeleste auxilium Nobis compararemus.

Quod cum impense fecissemus, tandem die trigesima prima mensis Iulii, nempe Dominica octava post Pentecosten, hoc ipso anno, Eucharistico Sacro rite litato, accitis adstantibusque Sanctae Romanae Ecclesiae Camillo cardinali Laurenti rec. mem., tunc temporis Sacrae Congregationis Rituum Praefecto, et Alexandro cardinali Verde, Causae Relatore, nec non dilectis filiis Alphonso Carinci, enunciatae Congregationis a Secretis, et Salvatore Natucci, Generali Fidei Pro-

---

sécurité, être inscrite au nombre des bienheureux du ciel. A la question, soumise par notre cher Fils Alexandre Verde, cardinal de la Sainte Eglise Romaine, rapporteur de la Cause, dans la réunion générale de la Sacrée Congrégation des Rites tenue devant Nous le 19 juillet dernier, tous les assistants, aussi bien les cardinaux de la Sacrée Congrégation des Rites que les consulteurs, répondirent affirmativement à l'unanimité. Toutefois Nous avons voulu réserver Notre jugement en une matière aussi importante, jusqu'à ce que Nous eussions sollicité encore une fois du Père céleste, par de ferventes prières, le secours de sa grâce.

Nous l'avons fait avec insistance. Enfin le 31 juillet, huitième dimanche après la Pentecôte, après avoir offert selon l'usage le Sacrifice eucharistique, en présence des cardinaux Camille Laurenti d'heureuse mémoire, alors préfet de la Sacrée Congrégation des Rites, et Alexandre Verde, rapporteur de la Cause, ainsi que de nos chers Fils Alphonse Carinci, secrétaire de la Sacrée Congrégation des Rites, et de Sauveur Natucci, promoteur général de la

motore, *tuto* procedi posse ad sollemnem Venerabilis Servae Dei Mariae Dominicae Mazzarello Beatificationem auctoritate Nostra pronunciavimus.

Quae cum ita sint, tam Instituti Filiarum Mariae Auxiliatricis vota implentes quam Societatis a Sancto Francisco Salesio, praesentium Litterarum tenore, apostolica Nostra Auctoritate facultatem facimus ut venerabilis Dei Famula Maria Dominica Mazzarello, Confundatrix Instituti Filiarum Mariae Auxiliatricis, Beatae nomine in posterum nuncupetur, eiusdemque corpus ac lipsana seu reliquiae, quae tamen in sollemnibus supplicationibus non sunt deferenda, publicae fidelium venerationi proponantur ; itemque permittimus ut eiusdem Servae Dei imagines radiis decorentur. Praeterea pari auctoritate Nostra concedimus ut de ea quotannis Officium recitetur de Communi Virginum cum lectionibus propriis per Nos adprobatis, et Missa de eodem Communi cum orationibus propriis per Nos pariter adprobatis celebretur. servatis rubricis ; sed tamen in dioecesi Aquensi tantum cum in eiusdem finibus nata sit Serva Dei atque inibi ipsa migraverit ad Dominum ; nec non in templis seu sacellis ubique terrarum sitis quae sive ad Institutum Filiarum Mariae Auxiliatricis sive ad Societatem a Sancto Francisco Salesio perti-

---

foi, Nous avons déclaré, en vertu de Notre autorité, que l'on pourrait procéder en toute sécurité à la béatification de la Servante de Dieu Marie-Dominique Mazzarello.

Après quoi, mettant le comble aux vœux de tous les membres de la Société de Saint-François de Sales et de l'Institut des Filles de Marie-Auxiliatrice, en vertu de Notre autorité apostolique, par la teneur des présentes Lettres, Nous permettons que la vénérable Servante de Dieu Marie-Dominique Mazzarello, cofondatrice de l'Institut des Filles de Marie-Auxiliatrice, soit désormais appelée bienheureuse.

Nous permettons en outre d'offrir à la vénération des fidèles son corps et ses reliques, que l'on ne pourra toutefois porter en procession solennelle, et de décorer ses images de l'auréole des bienheureux.

De plus, toujours de par Notre autorité apostolique, Nous concédons pour chaque année la récitation de l'office et la célébration de la messe selon le commun des Vierges, avec Leçons et oraisons propres par Nous approuvées, en observant les rubriques. Mais cette concession ne vaudra que pour le diocèse d'Acqui où elle a vécu et d'où elle est partie au ciel, et pour les églises et chapelles salésiennes répandues par le monde, où viennent prier les religieux de cette Société et les Filles de Marie-Auxiliatrice. Les

neant, ab omnibus fidelibus tam saecularibus quam religiosis, qui horas canonicas recitare teneantur ; et, quod ad Missas attinet, ab omnibus sacerdotibus ad templa seu sacella memorata, in quibus Beatae ipsius festum agatur, convenientibus. Denique largimur ut sollemnia Beatificationis Venerabilis Mariae Dominicae Mazzarello, servandis servatis, supradictis in templis seu sacellis celebrentur, diebus legitime auctoritate designandis, intra annum postsquam eadem sollemnia in Sacrosancta Patriarchali Basilica Vaticana fuerint peracta. Non obstantibus Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis ac decretis de non cultu editis, ceterisque in contrarium facientibus quibuslibet.

Volumus autem ut harum Litterarum exemplis etiam impressis, dummodo manu Secretarii Sacrae Rituum Congregationis subscripta sint atque enuntiatae Congregationis sigillo munita, eadem prorsus fides etiam in disceptationibus iudicialibus adhibeatur, quae Nostrae voluntatis significationi, hisce Litteris ostensis, haberetur.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XX mensis Novembris, anno MCMXXXVIII, Pontificatus Nostri decimo septimo.

E. card. PACELLI, *a Secretis Status.*

---

personnes tenues à la récitation des heures canoniales pourront, dans ces lieux sacrés, se servir de ce privilège et, pour ce qui regarde la messe de la Bienheureuse, tous les prêtres accourus à la fête de la Bienheureuse pourront aussi user de cette faveur dans lesdites églises et chapelles.

Enfin Nous accordons de célébrer dans ces mêmes églises et chapelles la solennité de la béatification de la Servante de Dieu, Marie-Dominique Mazzarello, aux jours de cette année que désignera l'autorité légitime, en conformité avec les règles de la liturgie et après qu'à Rome, dans la Basilique patriarcale du Vatican, ces solennités se seront déroulées. Cela nonobstant les Constitutions et Ordonnances apostoliques, les décrets de non-culte déjà rendus, ou toute autre mesure contraire.

Nous voulons de plus que l'on donne créance aux copies même imprimées, de ces Lettres, pourvu qu'elles soient revêtues de la signature du secrétaire de la Sacrée Congrégation des Rites et du sceau de cette Congrégation, et que, même dans les débats juridiques, elles soient regardées comme l'expression de Notre volonté au même titre que le texte original.

Donné à Rome, près de Saint-Pierre, sous l'anneau du Pêcheur, le 20 novembre 1938, dix-septième année de Notre Pontificat.

E. cardinal PACELLI, *Secrétaire d'Etat.*

LITTERAE APOSTOLICAE

Nova Delegatio apostolica in Britannia constituitur (1).

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam.

Paterna caritas, qua christifideles omnes complectimur, Nos instanter admonet ut eorum saluti et profectui quantum in Domino possumus consulamus. Hac profecto de causa cum praeterito iam saeculo Ecclesiastica Hierarchia in regno Britannico feliciter sit restituta et nova exinde sint habita rei catholicae incrementa, valde opportunum nunc Nobis visum est ut Delegatus quoque apostolicae Sedis in eadem natione constitueretur, ut Ecclesiae christifideliumque bonum uberius ibi faciliusque promoveatur. Audita propterea Sacra Consistoriali Congregatione, hisce Litteris apostolicis atque

---

LETTRES APOSTOLIQUES

Une Délégation apostolique nouvelle est créée en Angleterre.

PIE XI, PAPE

Pour perpétuelle mémoire de la chose.

Notre affection paternelle qui embrasse tous les fidèles Nous pousse, d'une façon pressante, à pourvoir à leur salut et à leurs progrès spirituels, autant que le Seigneur Nous en donne le pouvoir. Après le rétablissement, au siècle dernier, de la hiérarchie ecclésiastique en Angleterre, la religion catholique a eu, de ce chef, en ce pays, de nouveaux accroissements. Aussi, Nous a-t-il paru très opportun d'établir en ce royaume un Délégué apostolique afin de promouvoir encore davantage et d'une façon plus aisée le bien et les intérêts de l'Eglise et des catholiques.

En conséquence, après avoir entendu l'avis de la Sacrée Congré-

(1) *A. A. S.*, t. XXXI, 1939, p. 100.

auctoritate Nostra pro Britannia ex nunc Delegationem apostolicam erigimus, sede eiusdem Londini constituta, eidemque Delegationi omnia et singula deferimus iura, privilegia, honores, praerogativas, officia atque indulta, quae huiusmodi Delegationum iure communi propria sunt. Haec, quae in utilitatem nobilissimae Britannicae gentis fore confidimus, in Domino statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere, suosque plenos et integros effectus sortiri et obtinere ; ipsique Delegationi Apostolicae per Nos in Britannia constitutae nunc et in posterum suffragari ; sicque rite iudicandum esse et definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri si quidquam secus super his a quovis, auctoritate quâlibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Contrariis non obstantibus quibuslibet.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XXI mensis Novembris anni MCMXXXVIII, Pontificatus Nostri decimo septimo.

E. card. PACELLI, *a Secretis Status.*

---

gation Consistoriale, par les présentes Lettres apostoliques, en vertu de Notre autorité apostolique, Nous créons dès maintenant une Délégation apostolique pour l'Angleterre : elle aura son siège dans la ville de Londres ; Nous accordons à cette Délégation tous et chacun des droits, privilèges, honneurs, prérogatives, indults, pouvoirs qui appartiennent de droit commun à ces sortes de Délégations.

Nous établissons ces choses avec la confiance qu'elles seront pour le bien de la très noble nation britannique. Nous voulons que les présentes Lettres aient et conservent toujours leur force, vigueur et efficacité ; qu'elles produisent et obtiennent leurs effets pleins et entiers, que la Délégation apostolique créée par Nous en Angleterre puisse s'en prévaloir de plein droit, maintenant et à l'avenir ; qu'il faut en juger et en décider ainsi régulièrement. Dès maintenant, Nous déclarons nulle et sans effet toute mesure contraire, quel que soit celui qui tenterait de la prendre et de quelque autorité qu'il jouisse, qu'il agisse sciemment ou par ignorance. Nonobstant toutes choses contraires.

Donné à Rome, près Saint-Pierre, sous l'anneau du Pêcheur, le 21 novembre de l'année 1938, la dix-septième de Notre Pontificat.

E. card. PACELLI, *Secrétaire d'Etat.*

L. ✠ S.

BREVE APOSTOLICUM

concedens Excellentissimo Sagiensium Episcopos ut statuam B. Mariae Virginis vulgo « de la Recouvrance » nuncupatae, in paroeciali templo loci « Tourailles » existentem, redimire possit aureo diademate (1).

PIUS PP. XI

Ad futuram rei memoriam.

Venerabilis Frater, Sagiensium Episcopus Nobis amplissime commendat supplicationes, quas parochus loci *Tourailles* nuncupati, intra fines dioecesis Sagiensis, ad Nos humiliter movet ut statuam Beatae Mariae Virginis *de la Recouvrance,*

BREF APOSTOLIQUE

autorisant l'évêque de Séez à couronner la statue de la Bienheureuse Vierge Marie connue sous le nom de Notre-Dame de la Recouvrance et se trouvant dans l'église paroissiale des Tourailles (2).

PIE XI, PAPE

Pour conserver dans l'avenir mémoire de l'événement.

Notre vénérable Frère, l'évêque de Séez, Nous recommande avec vive instance la supplique que le curé du lieu appelé *Les Tourailles,* au diocèse de Séez, Nous fait humblement parvenir en vue d'obtenir que soit ceinte, en Notre nom, d'une couronne d'or

(1) Cf. *Semaine catholique du diocèse de Séez,* 6 janvier 1939.

(2) Voici le texte de la lettre du 14 décembre 1938 par laquelle S. Exc. Mgr Valerio Valeri, nonce apostolique en France, annonçait à l'évêque de Séez l'autorisation pontificale de procéder au couronnement de Notre-Dame de la Recouvrance . « Excellence Révérendissime, C'est avec un réel plaisir que je m'empresse de remettre, ci-joint, à Votre Excellence le Bref apostolique par lequel le Saint-Père l'autorise à procéder au couronnement de la vénérée image de Notre-Dame de la Recouvrance. Je félicite vivement Votre Excellence de cette marque

in templo paroeciali suo servatam, nomine Nostro aurea redimiri corona decernamus. Fertur vero ad Nos iam a pluribus soeculis simulacrum Deiparae ipsum Christifideles non modo memorati loci sed et finitimarum paroeciarum venerari magna devotione ac pietate, ita ut ad Beatissimam eandem *de la Recouvrance* Virginem Mariam veluti ad matrem potentem et benignam turmatim accedant in paroeciali loci memorati templo, quod modernis temporibus a fundamentis refectum atque artis operibus exornatum, anno MCMXXXII consecratum est.

Quapropter conlatis consiliis cum Dilecto Filio Nostro Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali Sacrae Rituum Congregationis Praefecto, ad fidelium augendam pietatem in Deiparam memoratis votis, quae suffragiis suis auget etiam Nuntius Apostolicus Noster in Gallia, annuendum censemus. Itaque hisce Litteris Apostolicis, atque auctoritate Nostra, concedimus ut Venerabilis Frater, Sagiensium Episcopus dictam statuam Beatae Mariae Virginis vulgo *de la Recouvrance* nuncupatae, in paroeciali templo loci *Tourailles* exsistentem, servatis ser-

---

la statue de la Bienheureuse Vierge Marie *de la Recouvrance*, conservée dans son église paroissiale. On Nous rapporte que, depuis plusieurs siècles, cette image de la Mère de Dieu est vénérée avec grande dévotion et piété par les fidèles non seulement dudit lieu, mais aussi des paroisses voisines. Ils accourent en rangs pressés auprès de cette même Bienheureuse Vierge Marie de la Recouvrance comme auprès d'une Mère puissante et bonne, dans l'église paroissiale dudit lieu qui, en ces derniers temps, a été complètement reconstruite, ornée d'œuvres d'art et consacrée en l'an 1932.

C'est pourquoi, après en avoir conféré avec Notre cher Fils le cardinal de la Sainte Eglise Romaine, préfet de la Sacrée Congrégation des Rites, en vue d'accroître la piété des fidèles envers la Mère de Dieu, Nous estimons qu'il y a lieu de déférer aux vœux exprimés que viennent encore appuyer les suffrages de Notre nonce apostolique en France. Aussi, par les présentes Lettres apostoliques, en vertu de Notre autorité, Nous accordons à Notre vénérable Frère, l'évêque de Séez, pouvoir et faculté de ceindre licitement d'un diadème d'or, toutes règles observées, au jour choisi par lui, après la messe solennelle, en Notre nom et par Notre autorité, selon le rite et la formule prescrits, ladite statue de la

---

d'auguste bienveillance qui honore le diocèse de Séez et son zélé pasteur et consacre le culte filial dont ses diocésains ont entouré constamment la Reine des cieux dans la magnifique église des Tourailles, due à l'heureuse initiative de M. le chanoine Gougeon. Veuillez agréer, Excellence, l'expression de mon respectueux dévouement en Notre-Seigneur. — † VALERIO VALERI, *N. A.* » — (*Semaine catholique de Séez*, 6. 1. 39.)

vandis, die per eundem eligendo, post Missarum sollemnia, Nostro nomine atque auctoritate, juxta ritum formulamque praescripta, aureo diademate redimire licite possit ac valeat. Contrariis non obstantibus quibuslibet.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub annulo Piscatoris, die III mensis Decembris, anno MCMXXXVIII, Pontificatus Nostri decimo septimo.

E. card. PACELLI,
a Secretis Status.

L. ✠ S.

Il Cancelliere dei Brevi
Mgr DOMENICO SPADA.

Bienheureuse Vierge Marie connue sous le nom de *Notre-Dame de la Reçouvrance,* qui se trouve dans l'église paroissiale *des Tourailles.* Nonobstant toutes choses contraires.

Donné à Rome, près Saint-Pierre, sous l'anneau du Pêcheur, le troisième jour du mois de décembre de l'année 1938, la dix-septième de Notre Pontificat.

EUGÈNE cardinal PACELLI,
Secrétaire d'Etat.

L. ✠ S.

Le chancelier des Brefs,
Mgr DOMENICO SPADA.

MOTU PROPRIO

de ordinandis tribunalibus ecclesiasticis Italiae pro causis nullitatis matrimonii decidendis (1).

PIUS PP. XI

Qua cura quave diligentia Sancta Mater Ecclesia decurrentibus saeculis iura et firmitatem Sacramenti Magni tutaverit, universa testatur historia, ut recenter in Litteris Encyclicis *Casti Connubii* breviter adumbravimus.

Et merito quidem, cum matrimonium christianum non modo ad coniugum spirituale itemque temporale bonum tendat, sed praecipue ad prolis generationem sit divinitus ordinatum, ut genus humanum, iuxta Dei praeceptum, *crescat repleatque terram*, sitque proinde matrimonium simul et Ecclesiae et Reipublicae verum et unicum seminarium.

Cum vero matrimonium ipsum in contractu ad Sacramenti

MOTU PROPRIO

portant organisation des tribunaux ecclésiastiques en Italie, en vue de juger les causes en nullité de mariage.

PIE XI, PAPE

Toute l'histoire atteste, comme récemment Nous l'avons montré brièvement dans l'Encyclique *Casti Connubii*, avec quel soin et quelle attention notre Mère la Sainte Eglise a défendu, au cours des siècles, les droits et l'indissolubilité du grand sacrement (le mariage). C'est à juste titre, à la vérité, puisque le mariage chrétien tend non pas seulement au bonheur spirituel et temporel des conjoints, mais principalement à la génération de l'enfant, à laquelle il a été ordonné par Dieu, afin que, selon le précepte divin, le genre humain *croisse et remplisse la terre*. En conséquence, le mariage est la véritable et unique pépinière à la fois de l'Eglise et de l'Etat.

(1) *A. A. S.*, t. XXX, 1938, p. 410-413.

dignitatem evecto consistat, nonnumquam evenire potest, contractum ipsum, et consequenter Sacramentum, nullitate laborare, eo quod coniuges contrahendi incapaces exstiterint, vel aliquo canonico impedimento dirimente praepediti fuerint, aut quia coactum attulerint consensum, vel eundem consensum non valida expresserint forma, et ita porro.

Hisce in casibus iudicium ferre de validitate aut nullitate matrimonii ad Ecclesiam exclusive pertinet, quae ad rem adhibet tribunalia ecclesiastica ad tramitem canonum constituta, quaeque iuxta normas ad hoc latas procedere in tam gravi negotio tenentur, prouti vel recentissime salubriter et conspicue provisum est per Instructionem S. C. de Disciplina Sacramentorum die XV mensis Augusti, an. MDCCCCXXXVI datam, quam hisce Apostolicis Litteris Motu Proprio datis confirmatam volumus, pro omnibus tribunalibus valituram, salvis, pro Tribunalibus Apostolicis eorundem, peculiaribus normis.

Quam autem arduum sit munus definiendi utrum in casu concreto Sacramentum matrimonii validum exstiterit necne,

---

Mais comme le mariage consiste dans le contrat matrimonial élevé à la dignité sacramentelle, il peut arriver parfois que le contrat et par conséquent le sacrement soient frappés de nullité, et cela soit parce que les conjoints étaient incapables de faire ce contrat, soit parce qu'ils n'étaient pas libres ou qu'ils n'ont pas exprimé leur consentement dans une forme valide, et ainsi de suite.

Dans ces sortes de cas, juger de la validité ou de la nullité du mariage est chose qui appartient exclusivement à l'Eglise ; cette dernière se sert, à cette fin, des tribunaux ecclésiastiques établis conformément aux prescriptions canoniques. Ces tribunaux sont tenus de procéder, dans une affaire de si grande importance, selon les règles portées tout exprès pour cela. C'est ainsi que tout récemment il a été pourvu à cette procédure d'une façon salutaire et heureuse, au moyen de l'Instruction du 15 août 1936 (1), émanant de la Sacrée Congrégation de la Discipline des Sacrements. Nous voulons confirmer cette Instruction par ces présentes Lettres apostoliques données en forme de *Motu Proprio* et décidons aussi qu'elle vaudra pour tous les tribunaux, en exceptant cependant les tribunaux apostoliques qui ont leurs normes particulières.

Combien c'est tâche ardue que de décider, dans un cas concret, si le sacrement de mariage a été valide ou non ! Quiconque

(1) Instruction *Provida Mater*. Cf. *Actes Pie XI*, t. XV, 1936-1937, p. 205.

quisquis facile percipiet, si prae oculis ponat naturam controversiae a tribunali dirimendae. Ita pariter superfluum videtur pericula et damna declarare quae, ex fortuito errore vel in iure vel in facto a iudice admisso, et partibus et matrimoniali instituto et bonis sive familiarum sive civilis societatis ipsius obvenire possint.

Quod si sapientissimus ille rex Salomon ad Dominum humiliter clamare cogebatur : *Quis poterit iudicare populum istum, populum tuum hunc multum ?* (*III Reg.* I, 9), cum tamen de iudiciis temporalibus non autem de spiritualibus ageretur, quamnam excellentiam sive virtutum moralium, sive scientiae, sive prudentiae, sive ingenii necessariam putabimus pro iudicibus ecclesiasticis, ut suo muneri ipsi pares inveniantur ?

Merito, proinde, praelaudata Instructio ait : « Attenta harum causarum gravitate necnon difficultate, tum quoad leges procedurales servandas, tum quoad intrinsecum causae meritum, episcoporum est, *graviter onerata eorum conscientia,* caute et diligenter seligere sacerdotes, quorum prudentia et probitas sit omni exceptione maior, quique *laurea* vel saltem licentia in iure canonico sint praediti, sin minus

---

considère la nature de la controverse à trancher par le tribunal le comprendra aisément. En outre, il semble inutile d'énumérer les dangers et les périls qui, à la suite d'une erreur éventuelle portant soit sur le droit, soit sur un fait, commise par le juge, peuvent atteindre soit les parties contractantes, soit l'institution matrimoniale, soit les biens tant des familles que de la société civile. Que si Salomon le roi très sage se voyait forcé de s'écrier humblement devant Dieu : *Qui pourra juger ce peuple, ce peuple si nombreux qui est le vôtre ?* alors qu'il ne s'agissait cependant que de jugements temporels et non pas spirituels, quelle supériorité dans les vertus morales, dans la science, la prudence, l'intelligence ne devrons-nous pas croire nécessaire aux juges ecclésiastiques afin qu'ils soient à la hauteur de leur charge ? Aussi, l'Instruction mentionnée plus haut dit-elle très justement : « Etant donné la gravité et les difficultés des causes ici en question, tant au point de vue de l'observation des règles de la procédure que pour ce qui a trait à l'importance intrinsèque de l'affaire, les évêques ont le devoir, *sous peine de charger lourdement leur conscience*, de choisir avec attention et précaution des prêtres dont la prudence et la probité soient au-dessus de tout soupçon : il faut de plus que ces prêtres soient docteurs ou tout au moins licenciés en droit canonique, sinon qu'ils se distinguent *réellement* par leur science et leur expérience juridiques. » (Art. 21.)

scientia et experientia iuridica *vere* polleant. » (Art. 21.)

Facili prorsus negotio, igitur, quisquis percipit cur in Italia, ubi, ob magnum dioecesium numerum, permultae parvo territorio exiguoque clero constant, gravi immo quandoque insuperabili difficultate afficiantur Ordinarii in officialibus et iudicibus vere peritis suo tribunali proeponendis. Quae proinde difficultas si prae oculis ponatur, manifesta apparet necessitas assignandi pro tractatione causarum matrimonialium quaedam tribunalia, numero pauciora, quae, omnibus numeris absoluta, rite et laudabiliter proprio munere fungi queant.

Postquam, ergo, Sacra Congregatio de Disciplina Sacramentorum plurium annorum labore, accurate notitias circa tribunalia causasque matrimoniales ab Ordinariis Italiae conquisierit eorumque vota receperit, et postquam super praesenti negotio peritorum vota postulaverit, rem totam in suis Plenariis Comitiis diei XXII mensis Iulii currentis anni, intervenientibus quoque Eminentissimis patribus S. C. Consistorialis, Nobis decernendam proposuit.

Quapropter, Eminentissimorum Patrum votis mature per-

Chacun comprendra donc facilement pourquoi en Italie, où les diocèses, en raison de leur grand nombre (1), ne comprennent pour la plupart qu'un territoire restreint et un clergé insuffisant, les Ordinaires des lieux rencontrent de graves et même parfois d'insurmontables difficultés pour constituer leurs tribunaux avec des officialités et des juges vraiment compétents. En conséquence, en présence de cette situation, il paraît manifestement nécessaire de désigner, pour s'occuper des causes matrimoniales, certains tribunaux, peu nombreux, qui, parfaitement organisés dans tous leurs éléments, pourront remplir régulièrement et avec succès leur tâche spéciale.

Par une enquête qui a duré plusieurs années, la Sacrée Congrégation de la Discipline des Sacrements a obtenu des Ordinaires d'Italie des renseignements précis sur leurs tribunaux et les causes matrimoniales ; elle a pris note de leurs vœux ou désirs, elle a demandé aux hommes compétents leur avis sur l'affaire en cause. A la suite de tout cela, le problème fut sérieusement examiné dans l'assemblée plénière de la Congrégation du 22 juillet 1938, à laquelle participèrent également les cardinaux de la Sacrée Congrégation Consistoriale. Il Nous fut ensuite soumis en vue de la décision à prendre.

C'est pourquoi, après avoir mûrement examiné les votes ou

(1) Il y en avait 279 au début de 1937.

pensis, Motu Proprio, certa scientia ac de Apostolicae plenitudine potestatis, haec omnia, quae sequuntur, statuenda decrevimus ac decernimus :

I. Singula quaeque regio conciliaris seu ecclesiastica Italiae constituet circumscriptionem unicam unumque habebit regionale tribunal quoad tractationem et decisionem causarum de nullitate matrimoniorum. Ideoque in prima instantia tractabuntur causae regionis conciliaris : 1° Pedemontanae apud tribunal *Taurinense ;* 2° Longobardicae, apud *Mediolanense ;* 3° Liguriae, apud *Ianuense ;* 4° Aemiliae, apud *Mutinense ;* 5° Venetiae, apud *Venetiarum ;* 6° Romandiolae, apud *Bononiense ;* 7° Aetruriae, apud *Florentinum ;* 8° Umbriae, apud *Perusinum ;* 9° Picenae, apud *Firminum ;* 10° Latii, apud tribunal *Vicariatus Urbis ;* 11° Aprutinae, apud *Teatinum ;* 12° Beneventanae, apud *Beneventanum ;* 13° Lucanae et Salertinae, apud *Salernitanum ;* 14° Campanae, apud *Neapolitanum ;* 15° Apuliae, apud *Barense ;* 16° Calabriae, apud *Rheginense ;* 17° *Siculae,* apud *Panormitanum ;* 18° Sardiniae, apud *Calaritanum.*

II. Pro tractatione praedictarum causarum in gradu appellationis, incolumi semper facultate directe provocandi ad

---

opinions des Eminentissimes Pères, de Notre propre mouvement, de science certaine, en vertu de la plénitude du pouvoir apostolique, Nous avons résolu de décréter et nous décrétons ce qui suit :

I. Chaque région conciliaire ecclésiastique d'Italie (1) formera une circonscription unique et aura un seul tribunal régional pour instruire et juger les causes en nullité de mariage. C'est pourquoi, en première instance, les causes matrimoniales des régions conciliaires du Piémont, de la Lombardie, de la Ligurie, de l'Emilie, de la Vénétie, de la Romagne, de l'Etrurie, de l'Ombrie, des Marches, du Latium, de l'Abruzze, du Béneventin, de la Lucanie, de la Campanie, des Pouilles, de la Calabre, de la Sicile, de la Sardaigne, seront jugées respectivement par le tribunal de Turin, de Milan, de Gênes, de Modène, de Venise, de Bologne, de Florence, de Pérouse, de Fermo, du Vicariat de Rome, de Chieti, de Bénévent, de Salerne, de Naples, de Bari, de Reggio, de Palerme, de Cagliari.

II. Pour juger ces mêmes causes en seconde instance — la faculté d'en appeler directement au tribunal de la Rote conformément au canon 1599, § 1er, n° 1, étant toujours maintenue ;

(1) Ces régions ont été fixées par la Sacrée Congrégation Consistoriale (*A. A. S.*, XI, 1919, p. 72) pour la tenue des Conciles provinciaux et pléniers.

Sacram Romanam Rotam iuxta can. 1599, § 1, n. 1 Codicis I. C., ad quam Vicariatus Urbis semper appellabit, ita procedetur :

Ad tribunal Taurinense deferentur causae in prima instantia tractatae apud tribunal *Ianuense ;* ad tribunal Ianuense, quae apud tribunal *Mediolanense ;* ad tribunal Mediolanense, quae apud tribunalia *Taurinense* et *Venetiarum ;* ad tribunal Venetiarum, quae apud tribunal *Bononiense ;* ad tribunal Bononiense, quae apud tribunalia *Florentinum* et *Mutinense ;* ad tribunal Florentinum, quae apud tribunalia *Perusinum* et *Firmanum ;* ad tribunal Vicariatus Urbis, quae apud tribunalia *Neapolitanum* et *Calaritanum ;* ad tribunal Neapolitanum, quae apud tribunalia *Panormitanum, Rheginense, Salernitanum* et *Beneventanum ;* ad tribunal Beneventanum, quae apud tribunalia *Barense* et *Teatinum.*

III. Officiales, iudices, promotores iustitiae, defensores vinculi aliique administri horum tribunalium — excepto tribunali Vicariatus Urbis, cuius Officialis, iudices, etc. ab ipso Summo Pontifice, proponente Eminentissimo cardinali Urbis Vicario, nominabuntur — deligendi sunt et constituendi, ad definitum tempus, ab Excmis Ordinariis in Coetibus Regionalibus.

---

c'est d'ailleurs le tribunal d'appel, obligatoire pour le Vicariat de Rome, — on procédera ainsi :

Les causes jugées en première instance par le tribunal de Gênes seront portées en appel devant le tribunal de Turin ; seront portées devant le tribunal de Gênes les causes jugées par le tribunal de Milan ; devant le tribunal de Milan, les causes jugées par les tribunaux de Turin et de Venise ; devant le tribunal de Venise, les causes jugées par le tribunal de Bologne ; devant le tribunal de Bologne, les causes jugées par les tribunaux de Florence et de Modène ; devant le tribunal de Florence, les causes jugées par les tribunaux de Pérouse et de Fermo ; devant le tribunal du Vicariat de Rome, les causes jugées par les tribunaux de Naples et de Cagliari; devant le tribunal de Naples, les causes jugées par les tribunaux de Palerme, de Reggio, de Salerne et de Bénévent ; devant le tribunal de Bénévent, les causes jugées par les tribunaux de Bari et de Chieti.

III. — Les officials, les juges, les promoteurs de justice, les défenseurs du lien et les autres membres de ces tribunaux — en exceptant le tribunal du Vicariat de Rome dont tout le personnel est nommé par le Pape lui-même, sur proposition de l'Eminentissime cardinal Vicaire — sont choisis et établis, pour une durée

IV. Horum tribunalium iura et officia necnon practicam agendi rationem Sacra Congregatio de Disciplina Sacramentorum definiet, etiam circa tempus quo quae supra statuimus exsecutioni demandanda sint, necnon circa normas temporarias relate ad causas pendentes.

V. Sacra Congregatio de Disciplina Sacramentorum vigilem sedulamque, pro suo munere, det operam, ut tum Officiales, tum iudices, tum praesertim, promotores iustitiae et vinculi defensores muneribus suis rite naviterque perfungantur iuxta normas ab eadem S. Congr. editas vel edendas.

Haec statuimus, non obstantibus quibuslibet in contrarium facientibus, licet speciali mentione dignis.

Datum Romae, apud S. Petrum, die VIII Decembris, in festo Conceptionis Immaculatae B. Mariae V., anno MCMXXXVIII, Pontificatus Nostri decimo septimo.

PIUS PP. XI

---

déterminée, par les Ordinaires des lieux dans leurs assemblées régionales.

IV. — La Sacrée Congrégation de la Discipline des Sacrements fixera les droits et les obligations, ainsi que le fonctionnement de ces tribunaux, également le délai dans lequel tout ce qui a été décidé plus haut devra être mis à exécution, enfin les règles provisoires pour la poursuite des causes pendantes.

V. — La Sacrée Congrégation de la Discipline des Sacrements s'emploiera, comme c'est le devoir de sa charge, avec un soin attentif et vigilant, à ce que, soit les officials, soit les juges, soit surtout les promoteurs de justice et les défenseurs du lien, s'acquittent régulièrement et avec zèle de leurs fonctions, conformément aux règles établies ou à établir par cette même Sacrée Congrégation.

Nous avons décrété toutes ces choses, nonobstant n'importe quelles prescriptions contraires, même dignes de mention spéciale.

Donné à Rome, près Saint-Pierre, le 8 décembre 1938, fête de l'Immaculée-Conception de la bienheureuse Vierge Marie, la dix-septième année de Notre Pontificat.

PIE XI, PAPE

DISCORSO

pronunciato alla solenne Tornata inaugurale del terzo anno della Pontificia Academia delle Scienze (18 décembre 1938) (1).

Espresso in tal modo il Suo augusto compiacimento, il Santo Padre si degnava rivolgere a tutta l'eletta adunanza la Sua fervida parola di elevatissimo magistero, di augurio. Egli infatti si proponeva non soltanto di dire agli intervenuti una parola di benedizione, ma anche di esprimere un affet-

DISCOURS

(1) *De Ss.ma Eucharistia*. II. 263, n. 994. — Le mot latin *ciborium* désigne la partie intérieure, la caisse dans laquelle sont déposés les vases sacrés ou la sainte Hostie. Le mot *tabernaculum* désigne dans le texte tout l'ensemble de la construction qui sert à conserver les Saintes Espèces.

quodam sacerdote qui pro adprobatione exhibuerat novum tabernaculum solidissime extructum et quidem ita confectum ut nullimode repugnaret neque rubricis Ritualis Romani, neque eiusdem S. C. decretis : « Communicetur sacerdoti oratori responsum S. R. C. in casu simili datum sub die 18 Martii 1898 ; nempe finem inventoris esse laudandum, negotium vero in casu et ad effectum de quo agitur, spectare ad ipsos locorum Ordinarios. »

Pariter in una Superioren., *de nova quadam custodia Ss.mi Sacramenti :* Rev.mus episcopus, quo securius procederet in approbando quodam tabernaculo, a S. R. C. reverenter expetivit : « an satisfaciat regulis liturgicis descripta forma ostii semicircularis, quod globulis impositum sine cardinibus volvitur, ita ut ex hac parte nihil obstet quominus ab episcopo sacerdotibus commendetur vel debeat tabernaculum instrui ostio vel ianuis, quae cardinibus adhaereant atque ita volvatur » ; et S. Rituum Congregatio, requisito Commissionis liturgicae suffragio, propositae quaestioni ita die 8 Maii 1908 respondere censuit : « in casu, per se nihil obstare, de cetero ad Rev.mum episcopum ».

---

siastique de Milwaukee, Etats-Unis d'Amérique, par un prêtre qui présentait, pour approbation, un nouveau tabernacle très solidement construit et fabriqué de façon à n'enfreindre aucune des rubriques du Rituel romain ni aucun des décrets de ladite Congrégation des Rites : *Que l'on communique au prêtre demandeur la réponse de la Sacrée Congrégation des Rites, déjà donnée pour un cas semblable le* 18 *mars* 1898 : *à savoir, le but de l'inventeur est louable ; mais l'affaire, dans le cas et pour les fins dont il s'agit, regarde les Ordinaires mêmes des lieux.*

Il fut aussi répondu à une question posée par le diocèse de Superior, *au sujet d'une nouvelle manière de conserver le très Saint Sacrement.* L'évêque, pour procéder avec plus de sécurité dans l'approbation d'un tabernacle, demanda respectueusement à la Sacrée Congrégation des Rites : *si une porte semi-circulaire, reposant et roulant sur des billes, sans charnières, était conforme aux règles liturgiques et sur ce point si rien ne pouvait empêcher l'évêque de la recommander à ses prêtres ; ou bien, fallait-il que le tabernacle soit nécessairement muni d'une porte, simple ou double, fixée par des charnières solides et pivotant sur elles ;* et la Sacrée Congrégation des Rites, après avoir demandé à la Commission liturgique son sentiment, crut devoir, le 8 mai 1908, répondre en ces termes à la question posée : *Dans le cas présent, en soi, aucun obstacle ; du reste, on doit s'en rapporter au jugement de l'évêque.* Assurément, en utilisant ces

Equidem adhibitis hisce ciboriis solidissimis altero efficaci praesidio consulitur custodiae Ss.mae Eucharistiae. Porro Sacra haec Congregatio onus non imponit huiusmodi comparandi tabernacula in ecclesiis, quae ordinariis sunt instructae ciboriis, dummodo reapse securitatis idonea praebeant argumenta, quamvis suadeat ut ea adhibeantur in ecclesiis noviter aedificandis : id vero enixe commendat Exc.mis episcopis ut, pro eorum zelo erga Ss.mum Sacramentum, pervigilent caveantque ut et ordinaria ciboria, quae usui sunt in ecclesiis eorum dioecesis, eam prae se ferant soliditatem ad omne periculum sacrilegae profanationis arcendum, illaque severissime amoveant tabernacula quae omnimodam certitudinem non ingerant de huius periculi absentia.

V. — b) *Tabernaculum tam sedulo est custodiendum ut periculum cuiusvis sacrilegae profanationis arceatur.* Non sufficit ut in loco consistat custos, satis non est ut ciborium tali sit praeditum firmitate ut neque terebra transfodi possit neque scalpro disiungi atque claustris adeo validis sit munitum, ut clavibus quoque adulterinis nequeat reserari : tertium praesidium a iure requiritur : *sedula* custodia. Porro

---

sortes de tabernacles coffre-fort d'une très grande solidité, on pourvoit d'une manière efficace à la garde de la très sainte Eucharistie. Cependant, la Sacrée Congrégation n'impose pas l'achat de ces tabernacles aux églises qui possèdent déjà des tabernacles ordinaires, pourvu que de fait ceux-ci offrent des garanties sérieuses de sécurité ; mais elle conseille l'usage des premiers dans les églises à construire désormais. Elle recommande vivement aux évêques de veiller, en raison de leur zèle pour le très Saint Sacrement, avec attention à ce que les tabernacles ordinaires, utilisés dans les églises de leurs diocèses, présentent bien cette solidité qui rende pratiquement impossible tout péril de profanation sacrilège ; qu'ils exigent de la façon la plus rigoureuse la disparition de tous les autres tabernacles qui n'excluent pas absolument ce danger.

V. — *b) Le tabernacle doit être si bien gardé, que tout danger de profanation sacrilège en soit par là même écarté.* Il ne suffit pas que dans le lieu se trouve un gardien ; ce n'est pas assez qu'un tabernacle soit d'une solidité telle que ni la vrille ne puisse le percer ni le burin le disjoindre, et que la serrure dont il est pourvu soit assez robuste pour que de fausses clés ne puissent jamais l'ouvrir. Une troisième mesure de prudence est exigée par le droit, savoir : une surveillance *attentive.* Cette surveillance

haec vigilantia, continuo exercenda, plurimas complectitur cautelas et communes et extraordinarias, prout postulant locorum et temporum adiuncta.

Quod vero attinet ad custodem, hic, licet sit optandum ut si clericus, immo sacerdos, non prohibetur quod sit laicus, *modo clericus respondeat de clavi*, qua est reserandus locus ubi Eucharistia asservatur. Hunc prope locum moretur oportet diu noctuque, adeo ut celeriter compareat quando casus ferat, seu continenter vigilantiam exerceat : nunquam ecclesiam deserat tempore quo haec fidelibus patet et ab his magis deserta relinquitur, idque pressius est urgendum in urbium ecclesiis, ubi fures uti tales fidelibus ignoti per templa vagantes peregrinorum aut mendicantium habitu, perattente momenta aucupantur, quibus vigilantia intercipitur et motu celerrimo, veluti ictu oculi, sacrilega furta perpetrant ; aut loca invisunt, fores, fenestras, cancellos, ianuas, praesertim haud principales, accurate rimantur diurno tempore ut dein nocturno ad exsecutionem improbum consilium demandare pertentent. Quod si rarius accidit in pagis, ubi praesentia personae extraneae ibique haud cognitae, quae ecclesiam circumeat et ingrediatur, facilius

---

qui doit s'exercer continuellement comporte certaines précautions ordinaires et extraordinaires, selon que le demandent les circonstances de lieu et de temps.

Pour ce qui concerne le gardien, bien qu'il soit souhaitable que ce soit un clerc ou même un prêtre, il n'est pas toutefois défendu que ce soit un laïque, *pourvu qu'un clerc soit responsable de la clé* qui donne accès dans le lieu où l'Eucharistie se trouve conservée. Près de ce lieu, il lui faut demeurer nuit et jour afin de pouvoir rapidement apparaître en cas de nécessité, et exercer sans arrêt la vigilance requise. Il ne doit jamais quitter l'église quand celle-ci est ouverte aux fidèles et par eux laissée presque déserte ; ceci est plus urgent dans les églises de ville où les voleurs, ignorés des fidèles, vont de sanctuaire en sanctuaire, vêtus en pèlerins ou en mendiants, et surveillent attentivement le moment où la vigilance du gardien fera défaut, pour opérer avec une extrême célérité, et pour ainsi dire en un clin d'œil, leurs vols sacrilèges ; ou bien encore, ils inspectent les portes, les fenêtres, les grilles, examinant les entrées, surtout celles de moindre importance, tout cela durant le jour, pour exécuter ensuite avec succès durant la nuit leur infâme dessein. Que si un tel fait se produit beaucoup plus rarement dans les campagnes où la présence d'une personne étrangère et inconnue, rôdant autour d'une église, puis y entrant, est plus facilement remarquée et prise en suspicion par le prêtre

animadvertitur suspicionemque ingerit in sacerdotibus atque fidelibus, id non relevat tamen parochum rectoremve ecclesiae ab obligatione Eucharistiae custodiendae, cuius ratio modusque ipsius prudentiae relinquitur inspectis loci adiunctis, e. g. tum per se ipse aliquoties in die ecclesiam invisendo, tum vigilantiam per diem committendo probatis personis circum morantibus, tum privatam paroecianorum visitationem Ss.mi Sacramenti praestituendo variis diei horis peragendam.

Attente debet invigilari etiam operariis ceterisque personis, quae laboris intuitu aliisve de causis ecclesiam, sacrarium, sacerdotis custodisve domum eisdem contiguam frequentant.

Nec sedula custodia Ss.mi Sacramenti a iure praescripta remittenda erit tempore nocturno, quando ecclesia est obserata. Praecipuae cautiones autem pro nocturnis horis adhibendae, quas prudentia requirit, *ordinariae* seu iugiter adhibendae tum pro Ss.ma Eucharistia tutanda tum pro praecavendis direptionibus sacrorum vasorum, tabularum, eleemosynarum atque supellectilium ecclesiae, recensentur : 1° omnes ecclesiae fores communiantur, quatenus necessitas

---

et les fidèles, cela toutefois ne relève pas le curé ou le chapelain de l'église de son obligation par rapport à la garde de l'Eucharistie ; au fait, dans les moyens de surveillance à employer par prudence, il devra tenir compte des circonstances du lieu ; par exemple, il pourra visiter lui-même l'église quelquefois dans la journée, ou bien confier la surveillance durant le jour à quelques personnes sûres demeurant dans le voisinage ; ou encore, veiller à ce que des paroissiens fassent leur visite privée au Saint Sacrement à différentes heures de la journée.

Il doit surveiller attentivement même les ouvriers et autres personnes qui, en vue d'un travail à faire ou pour quelque autre cause, fréquentent l'église, la sacristie, ou encore la demeure du prêtre ou du gardien responsable, lorsque celle-ci est contiguë aux mêmes édifices.

Et la garde vigilante du très Saint Sacrement prescrite par le droit ne devra pas cesser durant la nuit, quand l'église est fermée à clé. Voici du reste les principales précautions à prendre pour la durée des heures nocturnes ; elles sont requises par la prudence, et on doit les prendre ordinairement, pour ne pas dire toujours, aussi bien dans le but de protéger la très sainte Eucharistie que dans celui de prévenir le vol des vases sacrés, des tableaux, des offrandes, des troncs ou du mobilier d'église : 1° toutes les portes de l'église doivent être solidement protégées,

postulet fierique possit, firmis valvis, validis claustris obicibusque et quidem ita ut ab interiore ecclesia clavibus aperiri dumtaxat queant, fenestrae vero transennis vel clatris ; 2° accurate est inspiciendum quoties vespere ecclesiae obserantur ne quis homo malevolus includatur ; 3° officium ecclesiae claudendae eiusque claves committantur personis omni suspicione maioribus, praecipue vero vino non deditis. Hisce cautelis aliam valde commendatam addere velimus, quae in dies usitatior evadit quaeque utile nonnunquam praebet auxilium ad praecavenda furum molimina, ubi usui est : nempe collocationem opportunis in locis tintinnabulorum vi electrica pulsandorum, dum portae aperiuntur, vel eaedem aut tabernaculum aut altare aut mensa aut candelabra tanguntur, quorum ope sacerdotis custodisve attentio repente provocatur ; aut speciales electrici apparatus, qui ecclesiam repente illuminent custodemque de furum praesentia statim certiorem faciant : hi tamen apparatus, ut optatum consequantur finem, erunt scite et ingeniose tegendi, ita ut quamlibet adimant furum suspicionem, quotidieque inspiciendi ut suo munere apte fungantur.

---

selon que la nécessité le demande et qu'il est possible de le faire, par de solides battants, grilles et serrures, de telle façon que, normalement on ne puisse ouvrir que par l'intérieur avec les clés ; les fenêtres seront munies de barreaux ou de grillages ; 2° il faut inspecter avec soin l'église chaque fois que, le soir, les portes en sont closes, de peur qu'aucun malfaiteur n'y reste enfermé ; 3° la charge de fermer l'église et de conserver les clés ne doit être confiée qu'à des personnes au-dessus de tout soupçon, et surtout non adonnées à la boisson. A ces précautions, nous voudrions en joindre une autre très recommandée ; de jour en jour, on l'utilise plus fréquemment, et en vérité elle offre bien souvent, là où elle se pratique, un secours très appréciable contre les tentatives des voleurs : il s'agit de l'installation, dans les endroits bien choisis, d'un système de sonnerie mis en branle par un courant électrique quand s'ouvrent les portes ou quand sont touchés, soit ces portes elles-mêmes, soit le tabernacle, l'autel, la table de communion ou les chandeliers ; par ce moyen, l'attention du prêtre ou du gardien est tout de suite éveillée. D'autres systèmes électriques, en pareil cas, illuminent subitement l'église et révèlent du même coup au gardien la présence des voleurs. Toutefois, ces appareils, pour atteindre la fin désirée, devront être savamment et ingénieusement dissimulés ; car il importe d'enlever aux voleurs tout soupçon. De plus, il faudra tous les jours inspecter ces appareils pour s'assurer de leur bon fonctionnement.

Specialis extraordinaria providentia demum prostat in § 3 relati canonis : *gravi aliqua suadente causa ab Ordinario loci probata, non est vetitum Sanctissimam Eucharistiam nocturno tempore extra altare super corporali tamen, in loco tutiore et decenti, asservari, servato praescripto can.* 1271. Hic locus de more est sacrarium, dummodo reapse sit locus tutior et decens, vel arca solidissima et optima clausa (italice *cassaforte*), si haec sit praeferenda, muro inserta in quodam ecclesiae pariete. Quodsi nec ecclesia nec sacrarium necessariam perhibeant securitatem, Eucharistia poterit retineri in alio loco tutiore, etiam privato ; tunc parocho est cura adhibenda ut debita reverentia et honore Ss.mum Sacramentum custodiatur neque minuatur fides fidelium in praesentia reali. In huiusmodi vero asservatione Ss.mae Eucharistiae Sacrae Species non sunt corporali dumtaxat contegendae, sed semper in vase seu pyxide includendae (1) : insuper cum e ciborio ecclesiae educuntur aut ad ipsum referuntur, opus est ut sacerdos superpelliceo et

---

Le cas d'une précaution plus spéciale et plus extraordinaire est enfin mentionné dans le paragraphe troisième du canon déjà cité (can. 1269 § 3) : *Pour un motif grave approuvé par l'Ordinaire du lieu, il n'est pas défendu de conserver la sainte Eucharistie durant la nuit en dehors de l'autel, mais sur un corporal, dans un lieu plus sûr et convenable, en observant la prescription du canon* 1271. Ce lieu est habituellement la sacristie, pourvu que ce soit vraiment un endroit plus sûr et convenable, ou bien encore c'est un coffre-fort très solide et parfaitement clos, si cela semble préférable, scellé dans un mur de l'église. Si ni l'église ni la sacristie ne peuvent offrir la sécurité nécessaire, l'Eucharistie pourra se garder dans un autre lieu plus sûr, même privé : alors, au curé revient le soin de veiller à ce que le très Saint Sacrement soit gardé avec la révérence et les honneurs qui lui sont dus, et à ce que la foi des fidèles dans le mystère de la présence réelle n'en soit pas diminuée. Dans cette manière spéciale de conserver la très sainte Eucharistie, les saintes Espèces ne doivent pas être simplement déposées dans un corporal, mais il faut toujours les enfermer dans un vase ou un ciboire ; de plus, quand on les retire du tabernacle de l'église ou quand on les y reporte, il est nécessaire que le prêtre soit revêtu du surplis et de l'étole et que, du moins en règle générale, un clerc l'accompagne, tenant en main un cierge.

(1) Cf. cit. decr. Altonen., n. 2. — Le canon 1271 ordonne qu'une lampe brûle nuit et jour devant l'endroit où le Saint Sacrement est conservé.

stola sit indutus eumque clericus comitetur lumen gestans saltem regulariter.

Curandum est praeterea ecclesiarum rectoribus ad furta praecavenda ut in tabernaculis, quantum fieri possit, non relinquantur pyxides et vasa sacra magni pretii, unde cupiditas audaciaque furum magis alliciatur : quum haec vasa occasione quarundam sollemnitatum adhibentur, valde est optandum ut tempore postremae Missae purificentur et loco tuto reponantur, qui sacrarium non sit ; particulae vero, quae superfuerint, in ordinaria pyxide collocentur. Pariter abstineant a decorando altaria et sacra simulacra sculpta vel picta (eademque assidue decorata servando publico cultui exposita) eximiis muneribus votivis, qualia sunt aurei et argentei anuli, catellae, monilia, inaures, margaritae et similia : quod si id facere praestet occasione cuiusdam diei festi, eodem exacto, ea munera ab ecclesia satagant removere causamque remotionis probe fideles edocere.

VI. — c) *Clavis tabernaculi diligentissime a sacerdote custodiatur.* Omnes cautelae, quas hucusque recensuimus, ad irritum redigentur si, quod potissimum in hac re est curandum, clavis tabernaculi caute non custodiatur, ut expresse

---

De plus, les recteurs d'église, pour éviter les vols, veilleront à ne pas laisser dans les tabernacles, autant que possible, des ciboires ou vases sacrés de grand prix, ce qui aurait pour effet d'exciter davantage la convoitise et l'audace des voleurs. Quand ces vases sacrés sont utilisés à l'occasion de quelque grande fête, il est très désirable que, durant la dernière messe, on les purifie et on les remette en un lieu sûr autre que la sacristie ; les Hosties, s'il en reste, devront être transvasées dans un ciboire ordinaire. De même devra-t-on s'abstenir de décorer les autels, les saintes images sculptées ou peintes (celles mêmes qui tous les jours doivent être exposées à la vénération publique) des ex-votos de très grande valeur, tels que : anneaux d'or ou d'argent, colliers, bijoux, pendants d'oreille, pierres précieuses ou autres choses semblables. S'il convient toutefois de le faire à l'occasion d'un jour de fête, cette fête une fois passée les objets précieux devront être tout de suite enlevés et il faudra raisonnablement expliquer aux fidèles les motifs de cette manière d'agir.

VI. — c) *La clé du tabernacle doit être gardée avec le plus grand soin par le prêtre.* Toutes ces précautions que nous avons jusqu'ici mentionnées ne serviraient de rien si — et c'est ce dont il faut surtout se préoccuper — la clé du tabernacle n'était pas bien gardée, comme le fait remarquer expressément le para-

cavet can. rel. § 4, *gravi conscientiae onere* adiecto sacerdoti, cui haec est custodia commissa. Ut huic *diligentissimae custodiae* canone praescriptae ab ecclesiae rectore satisfiat, ipsi districte praecipitur ut clavis tabernaculi nunquam super mensa altaris aut in claustro ostioli relinquatur, ne tempore quidem quo mane divina officia ad Sacramenti altare et sanctissimae Communionis distributio peraguntur, praesertim si hoc altare haud in conspicuo sit. Hisce vero absolutis, clavis vel ab ecclesiae rectore domi custodiatur aut ab ipso continenter gestetur, amissionis periculo remoto, vel in sacrario, et quidem in loco tuto et secreto, reponatur altera clavi claudenda, quam alteram clavem uti supra rector tucatur (1).

Sedulo perpendant sacerdotes Ss.mae Eucharistiae custodes officium custodiendae diligentissime clavis S. Ciborii esse grave, prout aperte ostendunt finis ipsaque verba legis. Sacerdos, cui ius et officium ordinarie et per se competit custodiendi clavem, est rector ecclesiae vel oratorii : quodsi discedat, potest et debet pro tempore absentiae alii sacerdoti

---

graphe 4 du même canon : *avec obligation grave de conscience* pour le prêtre à qui cette garde a été confiée. Pour que ce devoir d'une très attentive vigilance imposé par ledit canon soit fidèlement remplie par le recteur de l'église, il lui est rigoureusement prescrit de ne jamais laisser la clé du tabernacle sur la table d'autel ou dans la serrure de la porte, pas même le matin durant le temps où se célèbrent les divins offices à l'autel du très Saint Sacrement, et où se distribue la sainte Communion, surtout si cet autel n'est pas bien en vue. Les cérémonies terminées, la clé doit être, soit gardée par le recteur de l'église à sa maison. soit constamment portée sur lui — en prenant garde de ne la point perdre, — soit placée dans la sacristie, mais alors en un endroit sûr et secret, fermé lui-même par une autre clé que le recteur gardera de la manière indiquée plus haut.

Les prêtres gardiens de la très sainte Eucharistie doivent sérieusement se rappeler que ce devoir de conserver avec le plus grand soin la clé du tabernacle est de soi grave, ainsi que le démontrent de façon manifeste le but et les mots mêmes de la loi. Le prêtre à qui ordinairement et de soi (*per se*) reviennent le droit et le devoir de garder la clé du tabernacle est le recteur de l'église ou de l'oratoire. S'il lui arrive de s'absenter, il peut et doit alors, pour le temps de son absence, confier cette garde à un

(1) Cf. Encycl. litt. iussu Benedicti XIV edit. a S. C. EE. et RR., die 9 Febr. 1751.

committere custodiam ; et si clavem in sacrario retineat sub alia clavi, potest hanc tradere aedituo, pro tempore quo ipse abest, et clavis tabernaculi necessaria esse queat : quod praxis ubique recepta manifeste confirmat. Si agitur de ecclesia paroeciali, clavis parocho custodienda est ; si de ecclesia cathedrali aut collegiali, quae simul sit paroecialis, ad Capitulum spectat custodire Ss.mam Eucharistiam, et altera tabernaculi clavis apud parochum servari debet (can. 415 § 3 n. 1). Ad parochum pertinet exclusivum ius retinendi clavem tabernaculi, etsi in ecclesia paroeciali erecta sit confraternitas. In ecclesiis non paroecialibus ubi ex A. Sedis indulto asservatur, custodienda est cappellanis seu rectoribus, nunquam laicis, etiamsi patroni sint : sine apostolico indulto laici per se clavem ciborii retinere nequeunt.

VII. — Specialia veniunt adnotanda de custodia clavis tabernaculi in ecclesiis monialium vel religiosarum et in piis seu religiosis domibus mulierum. Inspecto primum statuto can. 1267 quo Ss.ma Eucharistia, revocato quolibet contrario privilegio, custodiri nequit in religiosa vel pia

---

autre prêtre ; s'il conserve cette clé sous une autre clé, dans la sacristie, il peut laisser cette deuxième clé au gardien de l'édifice pour le temps de son absence en prévision du cas où on aurait besoin de se servir de la clé du tabernacle : chose que du reste la pratique universellement reçue confirme de façon manifeste. S'il s'agit d'une église paroissiale, la clé doit être gardée par le curé ; s'il s'agit d'une église cathédrale ou collégiale qui soit en même temps paroissiale, au Chapitre revient le soin de garder la très sainte Eucharistie, et une seconde clé du tabernacle doit être remise au curé (can. 415 § 3 n. 1). C'est au curé qu'appartient le droit exclusif d'avoir la garde de la clé du tabernacle, même si, dans l'église paroissiale, se trouve érigée une Confrérie. Dans les églises non paroissiales, où le Saint Sacrement est conservé en vertu d'un indult du Siège apostolique, cette clé doit être gardée par les chapelains ou les recteurs, mais jamais par des laïques même s'ils ont un droit de patronage : sans indult apostolique, les laïques ne peuvent pas d'eux-mêmes garder en leur possession la clé du tabernacle.

VII. — Quelques particularités sont à noter concernant la garde de la clé du tabernacle dans les églises de moniales ou de religieuses et dans les maisons pieuses tenues par des femmes. Tout d'abord, il faut rappeler ce qu'établit le canon 1267, savoir : tout privilège contraire étant révoqué, la très sainte Eucharistie

domo nisi vel in ecclesia vel in principali oratorio, nec apud moniales intra chorum vel septa monasterii, id dein alte in mente Ordinariorum residere debet atque adamussim exsecutioni demandari, *clavem S. Ciborii non esse custodiendam inter septa monasterii* (1). Ipsa est igitur in posterum asservanda in sacrario ut praesto sit, quoties necessitas postulet, atque, expletis ecclesiae sacris functionibus ac praesertim nocturno tempore, in loco tuto, solido atque secreto reponenda, et quidem duabus obserato clavibus, quarum altera communitatis antistitae est custodienda per se ipsi aut per vicariam et altera moniali cuidam, puta sacrario addictae, adeo ut utriusque concursus ad reserandum locum, de quo supra, requiratur. Huiusmodi praescriptum probe inspiciant Exc.mi Episcopi et in eodem exsequendo rigide se gerant, quacumque personarum acceptione posthabita ut praecaveantur abusus atque irreverentiae, quae secus redundare possunt in Ss.mam Eucharistiam.

VIII. — Quod attinet ad oratoria seminarii et collegii ecclesiastici, ephebei pro iuvenum utriusque sexus religiosa

---

ne peut être gardée dans une maison religieuse ou affectée aux œuvres pies, si ce n'est dans l'église ou dans l'oratoire principal, et chez les moniales elle ne peut être conservée dans le chœur ou à l'intérieur du monastère. Il importe ensuite de fixer profondément dans l'esprit des Ordinaires ce point particulier qu'il leur incombe de faire exécuter à la lettre : *la clé du tabernacle ne doit pas être gardée à l'intérieur du cloître des moniales.* Par conséquent, désormais cette clé sera gardée dans la sacristie pour être disponible chaque fois que la nécessité l'exigera, et, une fois terminées les cérémonies, surtout après celles de la nuit, la clé du tabernacle sera placée dans un endroit sûr, solide et secret, fermé par deux clés dont l'une sera gardée par la supérieure de la communauté ou son assistante, l'autre par une moniale, par exemple la sacristine, de sorte que le concours des deux soit requis pour ouvrir l'endroit. Les évêques doivent veiller attentivement à l'accomplissement de cette prescription et se montrer sévères dans ce but, mettant de côté toute acception de personnes, afin de prévenir les abus et les irrévérences qui, sans ces précautions, peuvent se commettre contre la sainte Eucharistie.

VIII. — Pour ce qui concerne les oratoires des Séminaires,

(1) Cf. S. R. C. resolutio diei 2 Maii 1878 ad VI (decretum n. 3448) ; E.mus card. Petrus Gasparri, *op. cit.*, 266, n. 998.

eruditione atque institutione, nosocomii aliusque id genus hospitii, quae potestate Ss.mae Eucharistiae asservandae fruantur, tabernaculi clavis custodienda erit rectori seu moderatori eorundem, si sacerdos sit, secus spiritus directori aut cappellano de more Missae celebrationi sacrisque functionibus peragendis addicto, ipsique studiose est curandum ne eadem ad aliorum manus perveniat.

IX. — Quod demum refert ad privata oratoria, quae ex apostolico indulto facultate pollent Ss.man Eucharistiam asservandi, ciborii clavis custodiri solet in sacrario potius cura familiae quam cappellani (1) ; at, si Episcopo praestare videatur ut clavis indultario custodienda non tradatur, eam aut sacerdoti celebranti committat, praesertim si hic stabiliter sacrum ibi litet, aut parocho deferat, singulis deinde vicibus, si commode potest, sacerdoti celebraturo exhibendam. Indultariis laicis, quos clavis custodia manet, in memoriam revocandum est, clericis vero quacumque dignitate fulgentibus perpendendum, grave sane officium ipsis impo-

---

des collèges ecclésiastiques, des écoles servant à l'instruction religieuse et à l'éducation de la jeunesse des deux sexes, des hôpitaux ou autre genre d'hospices, qui jouissent du pouvoir de conserver la très sainte Eucharistie, la clé du tabernacle sera gardée par le recteur ou directeur, s'il est prêtre, ou bien par le directeur spirituel ou le chapelain qui y célèbre habituellement la messe et y remplit les autres fonctions sacrées, et c'est à lui de veiller à ce que cette clé ne passe entre les mains d'aucune autre personne.

IX. — Enfin, pour ce qui regarde les oratoires privés qui, par indult apostolique, peuvent conserver la très sainte Eucharistie, la clé du tabernacle a coutume d'être gardée dans la sacristie sous la vigilance de la famille plutôt que du chapelain ; mais s'il paraît à l'évêque plus convenable que la clé ne soit pas laissée à la garde du bénéficiaire de l'indult, il peut la confier au prêtre qui célèbre dans cet oratoire, surtout si ce dernier accomplit là de façon permanente les fonctions sacrées, ou bien encore au curé, avec charge de la remettre chaque fois, si cela peut se faire commodément, au prêtre qui doit célébrer. Aux bénéficiaires de l'indult laïques ayant le droit de garder la clé et aux clercs revêtus de quelque dignité que ce soit, il faut rappeler que c'est pour eux un devoir grave qui leur est imposé de veiller à ce que la clé du tabernacle ne tombe entre les mains

(1) E.mus card. P. Gasparri, *op. cit.*, II, 267, n. 999.

situm esse vigilandi ne clavis ad cuiusquam manus perveniat etiam de ipsorum familia vel famulatu.

X. — Sacram Congregationem non praterit enunciatas cautelas propositum finem plene haud esse assecuturas, nisi Exc.mi Episcopi locorumque Ordinarii, una cum earundem observantia parochis, ecclesiarum rectoribus, institutorum omne genus moderatoribus, monialium antistitis praecepta, quatuor haec, quae magnopere nostra intersunt, prae oculis habeant :

a) Praesertim dum sacras peragunt dioecesium visitationes, sed etiam extra easdem, quoties casus ferat, per se aut per idoneas ac prudentes ecclesiasticas personas diligenter inquirant animadvertantque de visu quomodo in singulis nedum paroeciis sed et ecclesiis, oratoriis, etiam privatis, hoc iure fruentibus, provisum sit securitati custodiae Ss.mae Eucharistiae et quoties comperiant non ea omnia concurrere, quae iure postulantur, eadem praecipiant quam cito exsequenda, brevi tempore ad id praestituto, sub poena mulctae pecuniariae et etiam suspensionis a divinis pro sacerdotibus aut a munere, pro gravitate culpae, ab iis incurrendae, quibus officium competit omnia securitatis praesidia

---

de qui que ce soit, même de leur famille ou de leur domesticité.

X. — Il n'échappe pas à la Sacrée Congrégation que les précautions énoncées plus haut n'atteindront pleinement leur but que si les évêques et les Ordinaires des lieux ont constamment devant les yeux, pour les faire observer par les curés, les recteurs d'églises, les directeurs d'Instituts de tout genre et les supérieures de moniales, les quatre prescriptions suivantes qui sont pour nous de grande importance :

a) Surtout quand ils font la visite pastorale de leurs diocèses, et même en dehors de celle-ci, chaque fois que l'occasion se présente, ils doivent, soit par eux-mêmes, soit par l'intermédiaire de personnes ecclésiastiques aptes et prudentes, s'informer avec soin et constater *de visu* comment non seulement dans les paroisses, mais encore dans les oratoires, même privés, qui jouissent de ce privilège, on veille à la sécurité de la Réserve eucharistique. Chaque fois qu'ils découvriront l'absence de quelque condition requise par le droit, ils doivent en imposer l'observance aussi prompte que possible, donnant pour cela un court délai, et menacer d'amende pécuniaire, de suspense *a divinis* s'il s'agit de prêtres ou de suspense de leur charge, suivant la gravité de leur faute, ceux qui sont tenus de pourvoir à cette sécurité nécessaire. Et ils ne relèveront pas d'une telle obligation

subministrandi. Neque ab huiusmodi onere easdem personas relevent ex reddita forsan ratione quod nulla profanatio aut inconveniens in antecessum acciderit; quae enim infecta hucusque sunt, temporis decursu et hominum malitia, posthabitis necessariis cautelis, fieri possunt.

b) Quoties furta sacrilega quibus Ss.ma Eucharistia violatur in sua Dioecesi (quod Deus prorsus avertat) quacumque de causa acciderint, loci Episcopus vel per se, quod est optandum, vel per suae Curiae Officialem, ad id specialiter delegandum, oeconomicum semper conficiat processum adversus parochum aliumve sacerdotem tam saecularem quam religiosum etiam exemptum Ss.mi Sacramenti custodiae praepositum, actaque processus idem Episcopus ad hanc S. Congregationem transmittat cum suo voto quo prae primis accurate describat eiusdem furti temporis et loci adiuncta, et dein, actis processus eiusdem prae oculis praesertim habitis, renuntiet cuius culpae aut neglegentiae culbabili admissum facinus sit tribuendum atque poenas canonicas contra sontes infligendas proponat et huius S. Dicasterii mandata praestoletur.

c) Mature perpendant severitatem poenarum, quae can. 2382 statuuntur contra parochum, qui graviter neglexerit

---

les personnes qui, pour se justifier, auraient pu établir que, dans le passé, aucune profanation ou inconvénient n'est jamais résulté de leur manière de faire, car ce qui, jusqu'à présent, ne s'est pas encore produit peut toujours arriver, à cause de la malice des hommes, quand on néglige les précautions nécessaires.

b) S'il arrive que par des vols sacrilèges la très sainte Eucharistie soit profanée dans son diocèse (daigne le Seigneur empêcher pareil crime !) et quelle qu'en soit la cause, l'évêque du lieu, soit par lui-même, ce qui est désirable, soit par l'Official de sa Curie spécialement délégué à cet effet, devra chaque fois instruire un procès par voie administrative contre le curé ou le prêtre séculier ou régulier, même exempt, préposé à la garde du très Saint Sacrement ; et ce même évêque devra transmettre les actes du procès à la Congrégation, avec son *votum* dans lequel il devra avant tout décrire avec soin les circonstances de temps et de lieu du vol en question ; ensuite, tenant compte des actes de ce même procès, il dénoncera celui à qui doit être imputé, par suite de sa faute ou de sa négligence coupable, le crime commis ; enfin, il proposera les peines canoniques à infliger aux coupables, puis attendra les ordres de ce sacré Dicastère.

c) Les Ordinaires réfléchiront sérieusement à la sévérité des peines portées par le canon 2382 contre le curé gravement négli-

custodiam Ss.mae Eucharistiae etiam citra excessum huius violationis, quaeque usque ad paroeciae privationem progrediuntur ; inspecto vero fine legis curent ut analogis poenis plectantur et alii ecclesiae rectores, congrua congruis referendo, qui graviter delinquant in arduo eis commisso munere obeundo, collatis ad id necessariis et opportunis facultatibus per hanc S. Congregationem, quatenus opus sit. Quibus aufugiendis poenis haud suffragatur causa forte a parocho aliisve, quibus SS. Species custodiendae incumbunt, allata qua tabernacula patentia relinquantur clavesque in loco tuto non custodiantur alius sacerdotis incuria: ipsos enim manet diligens sollersque cura sacrorum vasorum et Ss.mae Eucharistiae propriumque munus fideliter et vigilanter cavendi ne, divinis officiis absolutis, ciboria exponantur cuilibet iniuriae sacrilegaeque direptioni. Equidem est animadvertendum et in memoratum sacerdotem et in quemlibet alium huius neglegentiae reum similibus poenis, quippe qui occasionem tanto sceleri sua culpa dederint. Ut autem locorum Ordinarii poenis prosequi queant et delinquentes religiosos utriusque sexus etiam exemptos iuxta has apostolicas praescriptiones in negotio, de quo

---

gent dans la garde de la T. S. Eucharistie, même si cette négligence n'a entraîné aucune violation sacrilège, peines qui peuvent aller jusqu'à la privation de la charge curiale. Considérant le but de la loi, ils doivent avoir soin de frapper, par le moyen de peines analogues, *congrua congruis referendo,* les autres recteurs d'église qui manqueraient gravement à la lourde charge à accomplir, cette S. Congrégation ayant donné les facultés nécessaires et opportunes autant qu'il en est besoin. Pour échapper à ces peines, le curé ou les autres prêtres qui ont la garde des saintes Espèces ne sauraient aucunement invoquer comme excuse que les tabernacles ont été laissés ouverts ou que les clés ne furent pas remises en lieu sûr par suite de l'incurie d'un autre prêtre, car c'est à eux qu'incombe en effet l'obligation de garder avec soin et diligence les vases sacrés et la très sainte Eucharistie, avec la charge de veiller fidèlement et avec attention à ce que, après la célébration des offices liturgiques, les ciboires ne soient exposés à aucune profanation ni à aucun vol sacrilège. Au reste, il faudra aussi infliger au prêtre dont nous venons de parler comme à tout autre coupable de la même négligence, des peines semblables, étant donné qu'il a, par sa faute, occasionné un si grand crime. Pour que les Ordinaires des lieux puissent atteindre également par des peines les délinquants religieux des deux sexes, même exempts, confor-

agimus, vi huius Instructionis facultates committimus necessarias cumulative cum eorum Superioribus religiosis maioribus, quibus pariter haec S. Congregatio idem onus imponit, reservata tamen uni Episcopo facultate processum conficiendi, de quo sub litt. *b*) in casu ibi descripto.

d) Diligenter inquirant utrum ecclesiae et oratoria quibus Ss.mae Eucharistiae asservatio iure communi (cf. can. 1265 § 1 n. 1, 2) non competat, hac facultate polleant ex apostolico indulto per Breve in perpetuum aut per rescriptum ad tempus concessum; quoties vero compererint hoc privilegium legitimo iure non esse suffultum, tamquam abusum satagant removere. Praeterea, ne se nimis faciles praebeant in suscipiendis et commendandis precibus pro impetranda facultate asservandi Ss.mam Eucharistiam in locis, quae de communi iure eadem carent, immo abstineant prorsus, nisi gravissimae causae intersint, praesertim in privatis oratoriis et ecclesiis a domibus fidelium nimis dissitis, in desertis montibus magnisque camporum spatiis sitis, quibus non suppetant ea omnia quae pro fideli et tutissima custodia SS. Specierum requiruntur. Tolerabilius sane erit ut quan-

---

mément aux prescriptions apostoliques concernant l'affaire en question, en vertu de la présente Instruction, nous leur donnons les pouvoirs nécessaires qu'ils cumulent dès lors avec les Supérieurs majeurs auxquels cette Congrégation impose le même devoir. Mais à l'évêque seul est réservé le pouvoir d'instruire le procès dont il est fait mention sous la lettre *b* pour le cas qui s'y trouve décrit.

d) Les évêques doivent rechercher avec soin si les églises et oratoires auxquels le droit commun (cf. can. 1265 § 1 n. 1, 2) ne donne pas la faculté de conserver la très sainte Eucharistie, jouissent de cette permission en vertu d'un indult apostolique, concédé par un Bref à perpétuité ou temporairement par Rescrit ; et chaque fois qu'ils découvriront que ce privilège ne se base pas sur un droit légitime, qu'ils mettent tout leur soin à le supprimer comme un abus. En outre, qu'ils ne montrent pas trop de facilité à accueillir et recommander les suppliques pour l'obtention, par leur entremise, de la faculté de conserver le Saint Sacrement en des lieux qui ne l'ont pas de par le droit commun. Au contraire, ils doivent absolument refuser de le faire, à moins que des raisons très graves n'interviennent, surtout quand il s'agit d'oratoires privés et d'églises trop éloignés des habitations des fidèles ou situés en des montagnes désertes et en de vastes étendues de territoire où l'on manque en fait de tout ce qui est requis pour la garde fidèle et très sûre des saintes Espèces.

doque etiam notabili fidelium parti commodum non praebeatur Ss.mae Eucharistiae adorandae, quam ut Eadem exponatur sat probabili periculo profanationis. Immo et potestas hisce litteris committitur Exc.mis Episcopis locorumque Ordinariis revocandi facultatem asservationis Eucharistiae in ecclesiis et oratoriis, etiam privatis, quae hoc apostolico privilegio per indultum fruuntur, quoties adnotent aut graves abusus intercessisse aut non omnes concurrere conditiones pro secura custodia, reverentia cultuque debito erga Ss.mum Sacramentum.

Hae sunt canonicae normae potioresque cautelae, quas huic S. Congregationi visum est locorum Ordinariis praecipere ut vicissim parochis ceterisque Ss.mi Sacramenti custodibus pressius commendent exsecutioni tradendas ad quoslibet convellendos abusus, si qui irrepserint, et, quamvis desint, ad eosdem praecavendos : aliae, quae pro temporum et locorum adiunctis magis idoneae videantur ad eundem finem aptius attingendum, eorundem Pastorum zelo sollertique industriae relinquuntur. Eos igitur, his praesidiis adiutos, in Domino deprecamur et obtestamur ut omnibus viribus contendant ad efficaciter Ss.mam Eucharistiam

---

A la vérité, il sera préférable parfois de ne pas accorder même à une portion notable de fidèles l'avantage de pouvoir adorer la très sainte Eucharistie, plutôt que d'exposer celle-ci au danger assez probable d'une profanation. Bien plus, par les présentes, le pouvoir est accordé aux évêques et aux Ordinaires des lieux de retirer l'autorisation de conserver l'Eucharistie dans les églises et oratoires, même privés, qui par indult jouiraient de ce privilège apostolique, toutes les fois qu'ils constateront soit que de graves abus se sont glissés, soit que les conditions requises pour la sécurité, le respect et le culte dus au très Saint Sacrement ne sont pas toutes réalisées.

Telles sont les règles canoniques et les principales précautions que la Sacrée Congrégation a cru nécessaire d'enjoindre aux Ordinaires des lieux pour que, à leur tour, ils en recommandent avec instance l'exécution, aux curés et aux autres gardiens du très Saint Sacrement, afin d'extirper tous les abus qui se seraient produits, ou, s'il n'y en a pas, pour les prévenir ; si d'autres dispositions, par suite de circonstances particulières de temps et de lieu, semblent plus aptes à l'obtention du même but, elles sont laissées au zèle et à l'activité industrieuse des mêmes pasteurs.

Avec l'aide de ces moyens, nous les prions et conjurons dans le Seigneur de mettre tout en œuvre pour protéger efficacement

tutandam et impia scelestorum hominum molimina arcenda ab eodem Sacramento *quo nihil dignius, nihil sanctius et admirabilius habet Ecclesia Dei, cum in eo contineatur praecipuum et maximum Dei donum et ipsemet omnis gratiae et sanctitatis fons, auctorque Christus Dominus* (1). Id quidem erit Ipsis eorumque sacerdotibus et fidelibus pignus indeficiens supernae divinae protectionis.

Ss.mus Dominus Noster Pius divina Providentia Pp. XI, in audientia Exc.mo Secretario hujus S. Congregationis die 7 Maii a. 1938 concessa, praefatam Instructionem, ab EE. PP. in plenario Conventu diei 30 Martii anni eiusdem probatam, benigne confirmare et Auctoritate Sua apostolica ratam habere dignatus est, mandans ut Instructio eadem in officiali Commentario Acta Apostolicae Sedis publici iuris fiat et ab omnibus Ordinariis tum locorum tum personarum aliisque, ad quos speciatim spectat, religiosissime servetur, contrariis quibuscumque minime obstantibus.

Datum Romae, ex aedibus S. C. de Disciplina Sacramentorum, in festo Ascensionis Domini an. 1938.

L. ✠ S. D. card. Jorio, *Praefectus.*

F. Bracci, *Secretarius.*

---

la très sainte Eucharistie et pour soustraire aux tentatives impies des criminels ce même sacrement, *car l'Eglise n'a rien de plus digne, de plus saint, rien de plus admirable, puisqu'en lui est contenu le principal et le plus grand don de Dieu, la source de toute grâce et de toute sainteté, voire leur Auteur même, le Seigneur Jésus-Christ.* Et ce sera pour eux, pour leurs prêtres et leurs fidèles, le gage indéfectible de la céleste protection de Dieu.

Notre Très Saint-Père Pie XI, Pape de par la Providence divine, dans une audience accordée à l'Excellentissime secrétaire de cette Sacrée Congrégation le 7 mai 1938, a bien voulu confirmer la présente Instruction déjà approuvée par les Eminentissimes Pères dans une réunion plénière, le 30 mars de la même année, et il a daigné la sanctionner de son autorité apostolique, demandant que ladite Instruction soit publiée dans le commentaire officiel : *Acta Apostolicae Sedis*, et qu'elle soit, par tous les Ordinaires aussi bien des lieux que des personnes et par tous les autres qu'elle intéresse de façon spéciale, religieusement observée, nonobstant toute chose contraire.

Donné à Rome, au Palais de la Sacrée Congrégation de la Discipline des Sacrements, en la fête de l'Ascension de Notre-Seigneur, le 26 mai de l'an 1938.

L. ✠ S. D. card. Jorio, *Préfet.*

F. Bracci, *Secrétaire.*

(1) *Rit. Rom.*, tit. IV, cap. I. n. 1.

S. CONGREGATION DE LA PROPAGANDE

LETTRE

de S. Em. le cardinal Fumasoni Biondi, préfet de la Sacrée Congrégation de la Propagande, à Mgr Chappoulie au sujet de la quête de l'Epiphanie pour les Missions d'Afrique (1).

Rome, le 4 février 1938.

MONSEIGNEUR,

Je tiens à vous dire que j'ai vu avec beaucoup de plaisir la note que le bulletin de janvier 1938 de l'Union missionnaire du clergé de France consacre à la quête de l'Epiphanie, et je vous prie de féliciter de ma part l'auteur de cette note.

Le préfet de la Propagande est profondément reconnaissant aux catholiques de France, qui répondent si bien à l'appel de leurs évêques et de leurs prêtres et contribuent si généreusement depuis toujours à la quête que prescrivit Léon XIII le 20 novembre 1890 dans sa lettre *Catholicae Ecclesiae*.

